

1. Cucullæ ex fargea de nouo confectæ singulis triennijs dentur singulis professis , anno primò,die omnium Sanctorum.

2. Scapularia singulis annis dentur omnibus die Purificationis Beatæ Mariæ; brevia verò ad dormiendum dentur,singulis saltem biennijs.

3. Tunica nigra duæ dētūr singulis triennijs, vna ex stamena die Pascha primi anni : altera ex vinteno die omnium Sanctorum anni secundi. Pileola item sub capitij deferenda, & zona corij nigri, quæ pollicis latitudinem adæquet , atque ossa tantum fibula stingatur.

4. Tunica tandem ex stamenia alba ad dormiendum detur vno triennio , & altero non , per diem sancti Michaelis anni secundi.

5. Femoralia ex lana nigrificante cùm ligulis suis eadem die dentur singulis bienijs. Caligæ ex eadem lana, eademque die singulis annis; calcei qui talos cooperiant bis in anno , priores Aprilis 20. posteriores primo Nouembris ; soleæ verò dentur quoties fuerit opus,& ex cortice ijs qui indigent.

6. Interiora indumenta ex tunicis vetustis fiant , quæque superfuerint, pauperibus largiantur.

† Ex Cucullis quæ relinquantur, nouis acceptis , meliores quæque pro Nouitijs reseruētur tūm in Monasterijs Nouitiatus, tūm in alijs prout Reuerendissimus disposuerit.

7. Quod attinet ad suppellecitem lineam, statuimus vt singulis annis vnicuique Monacho dentur duæ subuculæ , duo subligaria cum ligaminibus suis , duo sudariola , duo pileola , siue capitisi fasciæ: dimidium harum rerum die Natalis Domini , altera pars dimidia per diem Resurrectionis.

8. Eodem die singulis annis vnum detur linteum palmarum quinq; ad faciem, manusque abstergendas . Singulis autem triennijs ceruical lineum ipso die Paschatis anni secundi.

9. Pannus ad res prædictas conficiendas non sit nimis subtilis, ac tenuis , sed mediocris.

10. Circa suppellecitem leti seruentur ea quæ superiori Constitut. Cap.4. statuimus , præcipimusque vt iuxta concessionem Eugenij III I. vestiti dormiant Monachi cum tunica interiori, & scapulari brevi , super quo conscientias eorum grauiter oneramus,cùm ex sancta Regula vestiti simpliciter dormire

mire teneantur. Quod si aliter fecerint, disciplinae Regulari subiaceant, acriterque flagellentur.

11. Statuimus ut praedicto modo prouideatur Monachis, praedictaque omnia dentur a Prælatis, alioquin per sex menses suspendantur, voceque actina, & passiva careant per annum, nisi forte alicui propter senectutem, aut ægititudinem, cuculla, vel aliquo alio opus non sit.

12. In virtute tamen sanctæ Obedientie præcepimus ut neque Prælati sibi assumant, neque subditis tribuant prouisionem aliquam in pecunia, sed in opere aliquo facto, seu panno, ex quo ad usum recipientis fiat.

13. Statuimus ut Monachi singula praedicta accipiant a Prælato illius Monasterij, in quo diebus supra designatis fuerint adhuc Conuentuales.

14. Præcipimus autem ut iuxta morem antiquum Ordinis nostri, cum Monachus aliquid nouum a Superiore accipit, Deo benedicat, cuius benedictionis haec erit forma; *Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui vivit, & regna in secula seculorum: Abbas respondeat, Amen.* Cuculla autem, & scapularia priusquam dentur, more solito benedictantur.

15. Præcipimus ut in quolibet Monasterio duo sint pallia ex vinteno, duum item galeri ad communem usum Monachorum cum a Monasterijs egræ & ciuntur, super quo in Visitationibus prouideatur.

CAPUT III.

De ijs quæ circa indumenta prohibentur.

1. **C**VM uniformitas in vestitu apud viros Religiosos omnino seruanda sit, & singularitas maximè vitanda, prohibemus primò Monachis Congregationis nostræ, tum Prælatis, tum subditis ne ad indumenta interiora, aut exteriora alio panni genere quoddam qualitatem, vel colorem distincto, aut diuerso ab eo, quem iuxta praedicta dari præcipimus, ut presumant.

2. Præcipimusque ut nulla sit distinctio, seu diuersitas inter vestes,

vestes, & calceamenta vnius, & alterius, sed omnia eodem modo efformentur; qui verò in aliquo ex prædictis deliquerit, grauitè puniatur.

3. Thoraces lineos Monachis prohibemus, exceptis actualiter infirmis, & sexagenarijs, ita tamen ut illi exterius non appareant: laneos permittimus, qui tamen alterius coloris non sint præterquam albi, aut nigri: neque manicæ illorum globulis sericis, aut alia seculari curiositate ornentur. Neque item subuculae in extremitatibus manicarum, aut circa colum aliquo artificio acus, seu curiosè elaborentur, sed simplè ceterum tantum sarciantur; super quæ Prælati maximè inuigilent, & curiosa quæque rescidant, ac remoueant, Monachosque illis utentes exemplariter puniant.

4. Permittimus, ut domi extra actus Conuentuales uti possint Monachi hyberno tempore pallis ex villoso panno frissa dicto, aut ex gausapo confectis, cum manicis strictis, absque vila tamen curiositate, & duplicatione seculari, absque segminibus, alamarijs sericis, aut alijs huiusmodi, quæ vanitatem potius, & ornatum in religioso viro, quam necessitatem indicant.

5. Caligas sericas, aut acu factas, & ocreas etiam omnino interdicimus (Donatis exceptis ad seruitium externum deputatis) Monachis verò iter agentibus solùm cothurnos intra calceos permittimus: crepedis verò nemo extra cellam utatur, neque item pileolis lineis.

6. Pallia ad iter agendum ex vinteno tantum, seu griffè fiant. Galeri longas habeant margines, non sint tamen nimis fastigiati, neque apice acuto, sed plano; neque item chordulis sericis ornentur, sed ligulis latis de cedarso, globulo connexis.

7. Omnes itaque qui in aliquo ex prædictis deliquerint, seu prohibitis uti præsumperint, tūm à Prælatis, tūm à Generali, & Visitatoribus flagellis, ieunijs, & alijs pœnitentijs plectantur, ipsaque prohibita diligenter auferantur, nè Prælatorum taciturnitas, aut dissimulatio vanitatibus aditum patefaciat.

8. Quod ut perfectius obseruetur, præcipimus, ut vestes omnes tūni interiores, tūm exteriores, calceamenta, sudariola, & cetera omnia, quæ Monachis, suprà dari præcipitur, vel quæ ab alijs personis illis donari contigerit, oculis priùs Prælati aspiciant, quād ad usum facultatem concedant, expendantque an sint indumenta Regularia, & quæ huiusmodi non fuerint, nullatenus concedant, super quo conscientias eorum grauiter oneramus, in Visitacionibusque, & à Generali, si in his non fuerint solliciti, grauiter puniantur.

9. Statuimus denique, ut ex vestibus, & calceamentis præter duas tunicas nigras, duo scapularia, duplices caligas, duplicesque calceos, cetera huiusmodi generis, quæ Monachi habuerint, Vestiario tradant (iuxta sanctam Regulam) in usum pauperum, similiterque res lineæ vetustæ pauperibus erogentur.

10. Monachos tamen seriò admonemus, nè solliciti sint de subtilitate, ornatu, & nitore vestium: illarum tamen mun-

ditiem curent; *Ornatus quippe, & fôrdes pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam*

cedat.

Galimo misericordia nostra, sed et redolere.

Quodcumque vobis beneplacuerit, non debet remitteri.

Ceteris longe impeditius, non debet remitteri.

Constitutio, quod debet remitteri, non debet remitteri.

CONSTI.

CONSTITUTIO V.

De Clausura, & egressu Monachorum.

CAPVT I.

De violatione Clausuræ per illicitum
ingressum.

1. VM Monasteria septis suis clausa sint, veluti
Paradisus terrestris, cuius aditus gladio flâmeo
interdicitur, non minori vigilantia illorum clau-
suram oportet custodiri. Cùm hæc autem dupli-
citèr lædi possit, per prohibitum scilicet ingre-
sum, & per egressum illicitum, utrique remedijs opportunis oc-
currere necesse est.

2. Quod ergo attinet ad ingressum, stricte prohibemus, ne
Monachorum aliquis, siue Prælatus sit, siue subditus mulierem
quamcunque ratione iam vtentem, vel ætatis aptæ ad usum ra-
tionis, cuiuscunque status, ac dignitatis, infra Reginas, & earum
filias, in Monasteria Ordinis nostri, in hortos illis contiguos, &
alia intra prima, seu proximiora septa contenta, introducere,
vel admittere præsumat, alioquin pœnam *Excommunicationis*
& *suspensionis à Diuinis ipso facto incurrat, & priuationemq;* *Pius V,*
officij, si quod habuerit, & *inhabitatem ad alia in posterum*
obtinenda.

Quod si quis foeminam aliquam impudicitie causa intra am-
bitum, seu parietes Monasterij introducere, admittere, permit-
tere, vel consentire audeat, ultra prædictas pœnas, in carcerem
per sex menses recludatur, cum flagellationibus nudo tergore
in Capitulo, & ieuniis in pane, & aqua in Refectorio ferijs sex-
tis, duabusque ex illis mensibus in neruo sit compeditus.

3. Permittimus tamen, iuxta piam Pij V. indulgentiam,
communemque consuetudinem, ut mulieres claustra Monaste-

¶ Pius V.

riorum ingredi possint in duplice tantum euentu. **Primo** cum per ea processiones, seu supplicationes more, ac modo solito fiunt, dummodò in Officinas internas non admittantur. **Secundo**, b^{ut} quando in Ecclesijs Monasteriorum ob aliquam causam tantus est populi concursus, ut nequeant mulieres in Ecclesiam aliter ingredi, vel ab ea egredi, nisi per claustrum, seu alium similem locum, dummodò tamen recto tramite ad ianuam Monasterij ad egrediendum accedant, & recto item tramite ingredientes ad Ecclesiam tendant.

CAPUT II.

Anno M V

De violatione Claustrorum per illicitum egressum.

Quod verò attinet ad illicitum egressum à Monasterio, cùm hic triplex esse possit, simplex nimis èmendatio Claustrum, Fuga, & Apostasia, statuimus **primo** circa primum, vt Monachus qui diu, nocturnè claustram violauerit, ita ut ultra prima saltus septa Monasterij egrediatur, si voluntatiè, ac intra diem, vel noctem egressionis sua redierit, in neruum per mensim mittatur duplice feria sexta nudo tergore in Capitulo verberetur, duplice item alia in pane, & aqua ieunet: & cum à carcere exierit, per quindecim dies eoram Conventu se se prosterat, cùm ad gratiarum actionem in Ecclesiam tendit.

Quod si predictam egressionem iteret, predicta pena duplicetur, si verò tertio eam repetat, pœnas fugitiuorum incurrit.

Secundo statuimus circa Monachos fugam capessentes, vt fugitiuus, siue habitum dimittat, siue noti, in sententiam *Excommunicationis ipso facto* incurrit; postquam verò ad Monasterium redierit, siue voluntariè, siue coactè redeat, in neruum statim mittatur ad primam usque diem Capituli, in eaque à carcere eductus, coram Conventu Capitulariter aggregato appareat seminudus, scapulari tantum super scapulas iuncto, duos

duos virginarum fasciculos inter brachia in modum Crucis efformata ferens, cumque hoc modo, capiteque capitio coperto ad medium Capituli peruenierit, se se prosternat. Abbas vero grauitatem culpæ commissæ illi obijciens, eum acriter reprehendat, ac flagellari iubeat, deindeque sub forma inferius assignanda eum à censura absoluat.

¶ Absolutus ille in carcere iterum, & in neruum reducatur, in quo compeditus perseveret per duos menses integros, & sextis ferijs nudo tergore in Capitulo verberetur, eisdemque in pane, & aqua ieunet. Refectionem vero cibi post Conuentum (iuxta sanctam Regulam) accipiat.

Cap. 24.

¶ Duobus illis mensibus elapsis, sequentes poenas longiore, vel breuiori tempore ad arbitrium Iudicis sententiam ferentis, adimplere teneatur. Cellulam in qua habitat habeat pro carcere, cum nemine absque licentia sermocinetur, adus tamén Conuentuales Chori, Capituli, & Refectorij frequentabit, ultimus in Conuento etiam post Nouitios incedens. In Choro nec Psalmum, nec Antiphonam imponat, nec lectionem, aliudque simile recitat: In Refectorio nec legat, nec serviat, & ferijs quartis pedes Conuentus ibidem oseuletur. In Capitulo ferijs sextis à principio illius usque ad finem coram Conuento prostratus iaceat. Generalem faciat confessionem, & si fuerit Sacerdos Missam in aliquo Altari secreto, & à secularibus semoto poterit celebrare.

3. Qui secundò fugitius fuerit, prædictas poenas duplicas sustineat. Qui vero tertio aufugerit, incurrigibilis habetur, poenasque illorum subeat.

4. Volumus præterea quodd tot dies, menses, vel anni gradu antiquitatis fugitiuorum detrahantur, quot illi prima, secunda, vel tertia vice, extra Monasterium vagauerint; non enim decet militem censi, qui depositis armis militare desist.

5. Cæterum cum fugitiuorum nomen, ac ratio multis conuenire possit (fugitiui quippe sunt omnes qui à Monasterio recedunt absque licentia Superioris, ut extra potestatem, & obedientiam illius sint, licet aliquando reuersuri) statuimus tamē ut ad esse quod prædictas poenas subeundi, Monachus fugitiuus censeatur in quadruplici cuento.

Primò si Monasterij septa transiliens, intra duodecim horas non

non redierit, ab ea immediate computandas in qua fuga, seu egressio illius in Conuentu fuerit euulgata.

Secundò si cum licētia à Monasterio exiens ad locū aliquem, inde aufugerit, vel si ibi permanens, & à Superiore admonitus, præ contumacia (ultra triduum contumax existens) noluerit reuerti.

Tertiò si à Conuētu suo recesserit, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem misus, aut vocatus fuerit; Is enim iuxta sacrum Concilium & tanquam desertor sui instituti puniendus erit, nisi fortè legitimè, & evidenter probauerit se à Superiore suo inmediato, ita iniquè, iniustè, & irrationaliter grauatum esse, & vexari, ut nullo alio remedio suz vexationi, & iniusto grauamini consulere potuerit, nisi à Monasterio recedēdo, & Superiore via recta audeo. Quartò, si clausuram ter violauerit (vt supra.)

6. Statuimus *Tertiò*, circa verè Apostatas, eos nimirum, qui à Monasterijs suis recedunt animo non reuertendi, quòd pœnas fugitiuorum incurant. Et si ex circūstantijs, diuturnitate scilicet temporis, vel alijs animis eorum possit colligi, acriùs puniantur, & voce actiua, ac passiuia careant per duplex trienii.

7. Porrò si Ordines Sacros in Apostasiā manentes receperint, licet ex Iure communī in suscepto Ordine ministrare nō de Apost. possint, etiamsi ad Religionem redeant, nisi ex dispensatione e. Capuc. fol. Pótificia, a Prælatis tamen ex vi priuilegiorum possunt dispenseari.

8. Cūm autem malitia culpæ ex circūstantijs aggrauantibus accrescat, pœnamque illius cōsequenter augere necesse sit, volumus, quòd si in prædictis egressionibus circūstantiæ aliquæ occurrant, quæ eas turpiores reddant, ut longior temporis mora, graue scandalum, coacta reuersio, & aliæ huiusmodi, prædictæ quoque pœnæ augeantur, ut pro mensura peccati sit etiam plagarum modus. Similiter etiam aliquatenus remitti poterunt, si circūstantiæ valde alleuiantes forsitan occurrerint.

9. Superiores autem admonemus primò eos tū ex Iure cōmuni, tū ex Decreto Vrbani VIII. nuper edito fugitiuos, & Apostatas teneri perquirere, ad Religionem reducere, efficereq; vt apprehendantur.

10. Præcipimus etiam singulis Prælatis Congregationis nostræ

nostræ quod si notitiam habuerint alicuius fugitiui extra Monasterium aliquod vagantis, ut eum apprehendere, moralemque diligentiam ad huiusmodi effectum quoad cōmodè fieri possit facere procurent; quod sub præcepto virtute sanctæ Obedientiæ adimplere teneantur.

11. Eos autem admonemus secundò vbiique posse apprehendere fugitiuos, seu Apostatas, inuocato etiam (si opus fuerit) auxilio brachij secularis, & contra detinentes illos, siue ipsi sint laici, siue Clerici, posse ex priuilegio & Pontificio Excommunicationis sententiam ferre.

^a Iulius. II.
Rodri. tom.
1.q.30. ar. 8.

† Declaramus etiam, quemlibet Religionis nostræ Prælatū fugitiuum posse absoluere, tam à censura quam incurrit præcisè quia fugitiuus est, secundum hanc nostram Constitutionem, quam ab alia à Iure lata contra habitum temere de ponentes, nec non in Irregularitate forsitan incursa propter ministerium Ordinum (si opus fuerit) dispensare; fugitiuus tamen quamvis in foro interno sic absolutus, in foro externo in Capitulo absolvetur (vt supra. ^b Num. 2,

12. Ultimò tandem circa Monachos ad aliam Religionem transeundi petentes licentiam, priuilegium nobis concessum à Clemente VIII. c quantu fieri possit obseruetur, in quo de novo prohibetur, ne aliquis Monachus Congregationis nostræ sine licentia petita, & obtenta, possit se transferre ad aliam Religionem (Chartusiensium duntaxat excepta) sub pena Excommunicationis ipso factò incurrente, tam à Monacho discedente, quam à Superioribus ipsum recepientibus.

^c Clem. in
priuile. quod
incipit Ver.

† Neque Generalis (ex predicto Decreto Urbani) prædictam licentiam concedat, transiitumque ad archiorem Religionem permittat, nisi ei prius legitime constiterit Religionem illam paratam esse Monachum licentiam petentem recipere, tuncq; Monachus recte se transferat. Quod ut re ipsa adimplatur, Generalis omni studio, ac diligenter inuigilet.

CAPVT III.

*Delicitis, ac prohibitis egressionibus
Monachorum.*

Cap. 66.

1. CV M iuxta sanctam Regulam & extra Monasterium vagare animabus Monachorum omnino nō expediat, clausuraque intra septa illius Monasticæ vitæ quasi propietas sit, magnumque ipsius ornamentum; præcipimus tūm Reuerendissimo, tūm Prælatis, ac illorum vicem gerentibus, vt obseruantia clausuræ Monachorum maximè current, ad egressionesque, illis parcet, & raro licentiam concedant.

2. Quod ergo primò attinet ad clausuram, & egressiones Prælatorum, seruentur ea, quæ supra Lib. 2. Constit. 1. Cap. 2, statuimus.

3. Circā clausuram verò, & egressus Monachorum permittimus, vt Abbates prout prudēter, & rationabiliter iudicauerint expedire, subditis suis animi recreandi gratia licentia ad exēdum possint concedere semel tantum in anno, ad loca per septem tantum, vel octo leucas à Monasterio suo distantia, & per spatiū solummodò trium, aut quatuor dierum.

4. Quod si contra tenorem huius nostræ Constitutionis Prælati fecerint, concedentes scilicet huiusmodi licentias plus quam una vice in anno, vel per plures dies, vel ad loca temotiora, quam designata, præcipimus, vt à Reuerendissimo, & Visitatoribus per duos menses suspendatur, per pluresque, si pluriē predictam Constitutionem violauerint.

5. Licentias verò, tūm maiores quod dies, tūm plures quoad vices, tūm lōgiores quoad loca, Reuerendissimus solum eas poterit concedere; ipsum autem admoneamus, & super hoc conscientiam eius grauiter oneramus, vt non nisi legitima, & rationabili causa intercedente, licentias illas concedat, & iuxta circumstantias personæ, negotij, loci, & alias, ita plus minusue temporis in licentijs prescribat.

6. Permittimus quod Officiales electi ad temporalia tractanda, vt Cellerarius, seu Maiordomus, Receptor seu vices illorum

rum gerentes , negotiandi causa , & ad ea, quæ muneriis sui sunt exequenda , cum benedictione Abbatis possint exire (vt moris est.) Similiter etiata ex ceteris poterunt mitti ad loca non multum distantia, illi qui fuerint necessarij , & utiliores alicuius negotij melius tractandi causa . Porro si negotij praetextus in fraudem legis fuerit fictus, tunc Prælatus licentiam concedens, tunc Monachus exiens grauitè plectatur.

6. Præcipimus, vt Monacho cum licentia à Monasterio exiunti, etiam recreationis gratia, pecunia, & alia necessaria dentur usque ad 10. saltem leucas : exiens vero ad loca remotiora, & longinqua, literas testimoniales Prælati sui, sigilloque Monasterij munitas (iuxta mandatum Sixti V.) secum deferat, vt ubique possit recipi, & si Sacerdos fuerit, in prædictis literis explicetur, vt (secundum decretum sacri Concilij Tridentini) absque impedimento celebrare possit.

7. Præcipimus, vt quicunque à Monasterio exierit eadem die non reuersurus, vel post illam redierit, benedictionem Regularem coram Prælato procumbens pro euntibus, ac redeuntibus accipiat. In ipsoque egressu Itinerarium recitet, prout in Breuiario continetur. In brevioribus autem egressionibus folitam Superioris benedictionem genuflectens, manumque illius deosculans tunc exiens, tunc rediens recipiat.

8. Iuniores Monachi antequam quatuor Religionis annos compleant à Monasterio exire non poterunt, nisi egressio Conuentualis sit. Quod si Abbates secus fecerint, arbitrio Visitantium punientur. Postquam vero exire potuerint, quandiu non fuerint Sacerdotes, non nisi sociati egrediantur.

9. Statuimus, quod si quis audeat terminos licentiae suæ præterire, ita ut plures dies extra Monasterium versetur, quam in licentia erant prescripti, vel verbaliter illi assignati, tot dies in carcere sit reclusus, quot ultra licentiam præteriuit, nudoque tergore verberetur prima carceris die, ultimaque in terra comedat in Refectorio.

10. Porro si quis audeat licentiam ad unum locum petere, eaque obtenta ad aliud se conferat, tot dies carceri mancipientur, quot extra Monasterium versatus fuerit, flagellationibus autem & ieiunijs plus, aut minus puniatur, secundum qualitatē, & circumstantias culpæ, maiorēq; aut minorē distantia locorū.

11. Ultimò tandem si Monachorum aliquis, quacumque dignitate præfulgeat, ad Curiam Regiam quoconque pretextu, absque licentia Reuerendissimi adire præsumperit; si Prælatus fuerit, per annum suspendatur, eandemque pœnam subeat, si subditio suo prædictam licentiam, Reuerendissimo inconsulto, concesserit: si verò Monachus ille subditus fuerit, in pœnas fugitiuorū incurrat.

12. Quod si prædictam Curiam adierit, ut contra Reuerendissimum, vel contra Visitatores, querimonias effundat, vel ibi existens id facere præsumperit, ultra prædictam pœnam cuiuscunque dignitatis sit, semestri reclusione carceris puniatur.

*Clement.
Reinagro.*

13. Monachos autem admonemus, quod iuxta dispositiōnem Iuris & Excommunicationis pœnam ipso factō incurront, si ad prædictas Curias se conferre præsumperint, ad damnum aliquod inferendum Prælati, aut Monasterijs suis.

b. Num. 22.

14. Ex Clementinis & item Constitutionibus præcipimus quod Superiores Romanam Curiam adire nullos Monachos permittant, nisi a Reuerendissimo licentiam in scriptis impetraverint. Si quis autem sine huiusmodi facultate Romanam adire præsumperit, ex mandato prædictarum Constitutionū, ex voce actiua & passiuā biennio priuatus existat; cumq; ex dispositione illarum alia quoque pœna arbitratu Superiorum possint infligi, volumus ut prædictus ille Monachus in pœnas fugitiuorū incurrat. Superiores verò qui illum adire permiserint absque licentia Generalis, per annū (vt suprā n. 11.) suspēdātur, & alijs pénis ipsius Generalis arbitrio plectantur. Quod si Prælatorū aliquis prædictam Curiam sine licentia Reuerendissimi adire præsumperit, omnes hoc numero contentas pœnas incurrat.

c. Num. 23.

15. Volumus præterea, ac præcipimus ut tribus diebus ante Feriam quartam Cinerum neque Conuentus, neque pars illius extra Monasterium recreationis gratia possit egredi; alioquin Superiores qui id permiserint, in Visitationibus grauiter plectantur.

16. Tempore item Capituli Generalis, & tempore etiam vacaturæ Abbatialis dignitatis, si intermedia electio illius facienda sit, non poterunt Monachi egredi, & extra Monasteria versari, exceptis egressionibus ad seruitium Monasterij necessarijs, vel solitis, in quibus ratio vagandi non est. Nec Abbas ad

Capitu-

Capitulum pergens, Prior, aut Præsidens aliter poterunt disponere: alioquin in Visitacionibus grauiter puniantur. Quin potius Abbas cum ad Capitulum pergit, omnes sibi subditos intra septa Monasterij relinquat, vt omnes in Monasterio existentes, omnes simili orent pro fælici Capituli progressu, Religionisque augmento.

CAPVT IIII.

*De rebus prohibitis Monachis itinerantibus,
Et extra Monasterium versantibus.*

1. **I**cet Monachos monasticè viuere semper, & vbiique de-
ceat, cum tamen spectaculum facti sint mundo, Ange-
lis, & hominibus, illos admonemus, & in Domino exhortamur,
vt à Monasterio exeuntes, maiori circumspetione, & exemplo
in mundo inter homines cōuersentur, nec sacerdotalibus, eorumq;
moribus conformentur, recolentes sàpè se Monachos esse, il-
ludque Apostoli, *Nolite conformari huic seculo.*

2. Itinerantibus ergò vestes interiores, & exteriores, nec
non calceamenta, quæ vanitatem sapient sacerdotalē, seu sacerdotaliū
oculos possint offendere, interdicimus.

3. Penulas item, & vmbellas, seu galeros (vt aiunt) solares
prohibemus, nisi itineris longitudo vsum excusat. Calices ad
bibendum argenteos, aut deauratos, secum ferre prohibitū esse
volumus, vitreos concedimus.

4. Itinerantibus quoque Monachis præcipimus ne arma ex
instituto ferre per se, vel per interpositam personam, audeant,
ac præsumant, alioquin in sententiam Excommunicationis ipso
facto incident, voce actiua, & passiua per biennium careant, &
per duos menses in carcerem recludātur.

5. Quòd si aliqua intercedat necessitas, aut legitima causa
occurrat, de licentia Reuerendissimi, aut Abbatis sui in scriptis
obtinenda, arma aliqua portare poterit Monachus iter faciens,
defensionis gratia.

6. Vnde etiam famuli qui Itinerantes comitantur, non ali-

ud armorum genus præter ensem ferant, alioquin si Monachus iter agens oppositum permiserit, prædictæ pena carceris subiaceat.

7. Statuimus ut Monachorum nemo per vibes, & munici-pia in quibus Monasteria nostra sunt, pedestre incedat (Donatis exceptis.) Idemque seruetur in locis alijs, in quibus sicut Bra-charæ, domum habemus Hospitij.

8. Indigenæ autem locorum eiusmodi grauitati etiam Monastici Habitū consulant. Si fortè tamen equitandi commodi-tate careant, sociati saltē famulo ad parentes, seu alios con-sanguineos visendos ab Hospitio Ordinis exeant, incedant, ac redeant. Quod si aliquem excessum commiserint, grātiter pu-niantur.

9. Tertiò in locis alijs in quibus neque Monasterium, neq; Hosptium Ordinis habetur, Monachos etiam admonemus vt grauitatem, & autoritatem Habitū Monastici cōseruare, atq; tueri procurent. Vnde neque soli, neque pedestres quoad fieri possit, per vicos, & plateas, hūc, atque illuc discurrant, alioquin graui disciplinæ Regulari subiaceant, aliq; similes egressiones illis minime concedantur. In Collegio tandem Conimbricensi Constitutio, & consuetudo Collegij seruetur.

10. Precipimus in virtute sanæ Obedientie, tūm Prælati, tūm subditis cuiuscunq; statu, aut dignitatis sint, ne in prædi-clis * vrbibus, municipijs, seu locis extra Monasteria, aut Hosptium Ordinis pernoctare audeant, siue Cohuentiales sint, siue hospites, siue denique itinerantes, nisi isti fortè ad prædicta loca ita tardè accedant, vt Monasterium adire nequeant, aut alia le-gitima causa intercedat ratione itinerandi. Qui autem huiusmodi Constitutionem violauerit, si Prælatus fuerit, per duos mē-ses suspendatur, si verò subditus per duos mēses carceri man-cipetur.

11. Statuimus denique ut neque Conventus, neque Abbas, aut singulares alij Monachi extra Monasteria exeat ut Comē-dijs interficiant; quod si Abbas secūs fecerit, per mensem suspen-datur, subditus verò per mensem carceris pénam sustineat.

12. Monachi item inter se, nec etiam intra claustra Mona-sterij Comēdias agant, aut huiusmodi alia, si uestes externæ ad ea reuirantur.

[¶] supra n. 7.

13. Taurorum tandem agitationibus videndo non assil-
tant, cùm & spectacula illa videre religiosum virum minimè
deceat, & ex Constitutione Pij V. à Clemente VIII. confirma-
ta satis pateat Monachos ac Regulares quoscunque, qui iudicis
illis intersunt, lethaliter peccare, Constitutionem Pontificiam,
moralem illam presentiam seriò prohibentem, violantes. Quòd
si fecerint flagellationibus, & ieunijs grauitè puniantur,
iuxta suprà dicta cap. de voto Obedientia. Prælati vero Super-
rioris arbitrio plectantur.

CAPVT V.

De Recreationibus Conuentualibus.

1. **H**umanam fragilitatem perpendentes, perennemque
Monachorum laborem in frequentatione Chori, &
actuum Conuentualium; ne naturæ imbecillitas, si alterna priue-
tut requie, omnino succumbat; statutum ut Prælati sub pena
trimestris suspensionis, singulis mensibus Monachis suis die in-
tegro recreationem Conuentualem tribuant in domo aliqua
sive grangia Monasterij. Quòd si Monasterium grāgiā non ha-
beat, locumvè decentem, ac honestum, intra septa eiusdem Mo-
nasterij comedent Monachi; matutino autem, ac vespertino
tempore exercitij, & animi relaxandi gratia ad aliquam adicu-
lam sacram, seu locum aliquem amānum, prout Abbas dispo-
suerit, poterunt exire.

2. Porro in Olyssipponensi Conuento volumus quòd huius-
modi recreationes mensuæ intra domum habeantur. Insuper
autem quòd vna detur semel in anno vni medietati Conuentus,
& alia semel alteri medietati per integrum hebdomadam extra
domum in grangia Sacauensi, vel alia eiusdem Monasterij, prout
Abbas disposuerit.

3. In huiusmodi recreationibus Conuentualibus duo deu-
turi principia diuersa, vel diuersimodè condita, præter oryzam,
& alia, quæ ad antipastum, & post pastum pertinent, secundum
possibilitatem Conuentus, ac diuersitatem temporum. Aliiquid
etiam manè præuentaculo detur.

4. Statui-

4. Statuimus, ut si aliquis à loco recreationis se ab alijs Monachis segregauerit, & ad alium locum perreixerit absque licentia Superioris, ieunio, & flagellationibus acriter puniatur; quod si non emendauerit, à recreationibus sequentibus per plures, aut pauciores menses infallibiliter priuetur, iuxta qualitatem, & circumstantias culpæ.

5. Præcipimus tūm Prælatis, tūm subditis, vt ad huiusmodi recreationes Conuentuales nullatenus admittant personas sacerdotalibus; Ecclesiastica autem aliqua grauis, & benemerita, cum debita cautela admitti poterit. Quod si Prælati secūs fecerint, arbitrio Visitantium suspendantur, subditi verò à prædictis recreationibus priuentur.

6. Porro ne in huiusmodi recreationibus aliqua scandali species, seu leuis offensionis occasio secularibus tribuatur, Monachos admonemus, & exhortamur, vt grauiter, modestè, & religiose se recreent sine clamoribus, & vociferationibus, absque inordinatis verbis, gestis, aut alijs huiusmodi, quæ graues etiam laici abhorrent, ac facere pudet.

7. Vnde præcipimus, quod neque in locis illis, aut è regione illorum, in quibus Monasticam grauitatem decet conseruare, audeant Monachi canere, citharizare, aut alia instrumenta musica pulsare, alioquin seueriori disciplina subiaceant.

CAPVT VI.

De Mutationibus, seu Transmigrationibus Monachorum.

TRANSMIGRATIONUM monachalium facilitati occurtere cupientes, statuimus ut Reuerendissimus initio triennij auditis Prælatis, mutationes, & transmigrationes Monachorum semel faciat, semel autem factis, nisi vrgens postea occurrat occasio, aut necessitas, intra triennium illud remigratio aliquius minimè fiat.

Sicut autem à Monasterijs maioribus Monachos facile transmutari noslumus, ita in minoribus illis, in quibus Regularis obser-

obseruantia rigidus feruor non ita vigescit, Monachos vltra triennium remanere, communiter non decet. Vnde Reuerendissimus, hæc prudenter ordinet, & attemperet.

3. Cū ergo Monachorum aliquis licentiam Reuerendissimi habuerit ad transmigrationem in Monasterium aliud, Prælatus de indumentis, ac ceteris omnibus secundum has Constitutiones debitum eum prouideat. Statuimus autem quod non permittat Monachum aliquem transmigrari, seu vtensilia sua, sarcinulasque religare, quin prius Prior omnia & singula inspiciat, & sub catalogo recipiat, nè aut superflua ferat, aut necessaria ferre desinat.

4. Præcipimus autem Priori, seu alteri cuicunque Monacho, qui ex Mandato Abbatis vicem illius suppleuerit, in virtute sanctæ Obedientie, ut verè, ac fideliter prædictum catalogum conficiat, & tradat Abbat; utque verò Abbas scilicet & Prior eum subscriptum ad Abbatem domus ad quā Monachus pergit, transmittant: Monachus autem ipse, seu alter nomine ipsius in peculiari libellulo, qui erit sub potestate Vestiarij, subscriptabit, & fidem faciet se prouisum exire de omnibus, quæ Constitutiones dare præcipiunt usque ad tale vel tale tempus.

5. Præcipimus etiā, ut priusquam Monachus à domo exeat, simili cum illo ea qua ad lectum eius pertinent, ceteraque vtensilia regulariter & communiter transportentur. Quod si aliqua occurrat legitima excusationis causa, statim postea, intra octo, vel decem dies tenebitur Abbas prædicta transmittere, seu vectori transmissuro tradere: alioquin per mensem suspen- datur.

6. Sumptus huiusmodi transmigrationum Monachalium domus à qua Monachus transmigratur, faciet, tūm illos qui ad personam Monachi spectant, tūm etiam ad vtensilia transmitenda. Quod si Prælatorum aliquis Monachum in speciali, & nominatim petierit, Prælatus ipse expensas faciet vtensilium, personales verò donus illa à qua Monachus transmutatur.

7. Si Monachus aliquis transmutetur in pœnitentia per sententiam finalem imposita, adhuc perseuerans, seu voce actua, aut passiuā priuatus existens, Prælatus Monasterij à quo ille egreditur, sub pena bimestris suspensionis, prædictam senten- tiā

tiam mittet ad Abbatem domus, in quam transmutatus pergit,
vt eam ibi impleat.

8. Ut autem constet de huiusmodi transmissione, Abbas
qui Monachum illum in Conuentualem recipit, literas testimo-
niales traditionis, & acceptationis predictæ sententia dabit
Prælato, qui eam transmisit: atque insuper sententiam ipsam
transmissam coram Conuentu legere præcipiet, & exequi, sub
predicta pena suspensionis.

9. Declaramus quod Monachus ab uno Cœnobia in aliud
transmutatus, quandiu illud non ingreditur, obedientia subia-
cet illius Abbatis, à cuius domo exit, & pro Conuentuali illius
habetur.

10. Præcipimus in virtute sancte Obedientie, & sub pena
suspensionis ad arbitrium Reuerendissimi, vt Abbates reci-
piant Monachos, qui cum licentia, & ex mandato ipsius Reue-
rendissimi ad Monasteria illorum fuerint transmissi. Quod si
aliquam fortè legitimam causam habuerint non recipiendi, co-
ram Reuerendissimo postea iudicandani proponant.

11. Statuimus, vt Monachi delinquentes in eodem Mona-
sterio, in quo delictum aliquod perpetrarunt, ibidem penas lu-
ant, & pœnitentias, seu penas illis impositas impleant; ad ar-
bitrium tamen Reuerendissimi, in aliud Monasterium poterunt
transmitti, vt in eodem puniantur, si illud commo-
ditate diùs iudicauerit, Abbasque illum sub præ-
dicta pena tenebitur recipere.

S. P. 43



CONSTI-

CONSTITUTIO VI.

De Collegijs, & studentibus.

CAPV T I.

*De promouendis ad Philosophiam,
& qualitatibus eorum.*

1. VM multis retrò s̄eculis nostra sacra Benedic̄tina Religio omnium sc̄iētiarum fuerit palestra, ex qua tot insignes prudēre viri, totius orbis decus, & ornamentum longē maximum, cupientes valde quōd illa fēliciora tempora redeant, & literarū studium in Congregatione nostra cum regulari disciplina pariter efflorescat, sequētes edimus sanctiones.

2. Statuimus primō (vt plures possumus habere Lectores, qui legendo, atque docendo literis se perficiant) quōd tribus in locis studium literārum vigeat, in Collegio scilicet Conimbricēsi, in Monasterio Olyssipponensi, & in Monasterio Scallabitano, vel alijs, si progressu temporis Capitulum generale id magis viderit expedire.

3. Statuimus secundō vt singulis quadriennijs cursus Philosophiæ detur, in quo viginti sint Cursores, pr̄ter totidē Theologos, qui hoc ordine distribuātur. In Collegio Conimbricēsi duo, decim sint Theologiæ auditores, octo saltē Philosophiæ. In Monasterio Scallabitano duodecim Philosophiæ Cursores, in Olyssipponensi octo Theologiæ. Hic autē numerus poterit augeri, aut minui, habita ratione reddituum, quibus p̄dicitis in locis studentes sunt alendi.

4. Statuimus tertio vt ad Philosophiā promouēdi sequētes habeant qualitates. Primō quatuor Religionis annos expletos, trigesimū verò ætatis non excedant. Secundō, latinitatis habeant peritiā. Tertiō cantū sciant, organaq; pulsare, vel aliud eiusmodi secundū quod ad suscipiēdos sacros Ordines requiritur (iuxta p̄dicta de Iunioribus ordinandis.) Quartō non sint de fuga à Monasterio conuicti, nisi forte fuga fuerit leuis, humilitatis, ac

pœnitentia lachrymis satis dilecta, atq; aliæ naturæ dotes illis suffragentur. Quinto, turpitudinē aliquam, seu fæditatem notabilem non habeant, quæ authoritati suggesti præjudicare possit.

5. Prædictas ergo qualitates habentes priusquam ad Philosophiam promoueantur, duplex subeant examen, vnum de moribus, & vita, de sufficientia latinitatis alterum.

6. Pius illud fiat in Conuentibus, in quibus promouendi commorantur, ubi primū Abbates nuncium habuerint, seu diploma Reuerendissimi ad examen illorum. Tunc enim congregentur Abbas, & Sacerdotes tantummodo in Capitulo, ac præmisso iuramento, per phæseolos albos, ac nigros suffragium ferant de vita, & moribus vniuersiusque; Atque hanc solū volumus esse materiam prædicti iuramenti in hoc priori examine, non peritiam, aut inscitiam latinitatis.

7. Prædictos autem suffragatores admonemus, & exhortamut in Domino, ut resecato omni prauo affectu amoris, odij, aut quoquis alio, sincerè vota sua ferant, nullumque approbent, aut reprobent, nisi secundū merita, aut demerita vita.

8. Ad effectum verò approbationis, aut reprobationis aliquius maior suffragiorum pars sequatur, eaque ab Abate, Priore, & Notario Conuentus scrutentur. Semel autem in aliquo Conuento de moribus, & vita reprobatus, ad calculos iterum neque ibi, neque alibi redire poterit, neque ad Cursum illum promoueri.

9. Statuimus ut posterius illorum examen de sufficientia latinitatis à Reuerendissimo, seu de mandato illius fiat: ad huiusmodi autem examen nullus admitti poterit, qui in priori à Conuento fuerit reprobatus.

10. Porro Reuerendissimum iterū matque iterū obsecramus, & super eo conscientiam ipsius grauitè oneramus, ut in approbatione, & electione illorum, qui studere cupiunt, & in vitroque prævio examine habiles fuere inuenti, religionem cuiusque, bonitatē ingenij, & indolem, latinitatis peritiam, aliasq; dotes expēdat, ac meliores quosque eligat, eosq; ad Philosophię cursum promoueat, quos non fauores, sed merita anteponunt.

11. De ceteris item qualitatibus, de scientia scilicet cantus, de leuitate fugæ, aut turpitudinis nota, Reuerendissimus ipse iudicet.

etibus omnibus collatione. Tunc numeron in modis hancuprū vobis
eum quibus estibz mutat. C A P V T II.

De Lectore Philosophiae, ordineque legendi.

1. **S**tatuimus, ut à Generali, & Diffinitoribus Lector Philosophiae eligatur, qui trium annorum spatio universam Philosophiam auditoribus suis leget, incipiens singulis annis à prima Octobris die, usque ad Vigiliam Translationis S. P. N. Benedicti. Toto autem huiusmodi lectura triennio non poterit in Abbatem eligi, aut in aliud quoduis munus Congregationis, Visitatoris nempē, Diffinitoris, &c.

2. Cursores Artium hunc ordinem in studio, & lectionibus suis obseruent.

+ A prima die Octobris usque ad Sabbathum ante Dominicam Palmaruin, si Lector propria scholia auditoribus tradat, ad ea scribenda signum fiat manè hora octaua, & per spatium unius horæ legente uno, ceteri scribant. Hora nona Lector ad cathedram accedat, lectionemque præcedente die manè explicatam interroget, aliamque deinde legat, & quoad fieri possit, dilucidet, ita ut rudiores quicunque eam capiant. Postquam vero hora decima insonuerit, unusquisque studentium cum socio suo explicatam lectionem euoluat, ac repetat, per spatium quadrantis; huiusmodi autem socios ad lectiones repetendas Lector designabit.

3. Vesperè si propria scholia sint scribenda, signum fiat ad scribendum hora secunda post meridiem. Hora tertia accedat Lector ad interrogandam lectionem præcedente die vespere explicatam, aliamque legat usque ad horam quartam, ac deinde (vt supra) per spatium quadrantis lectionem illam socij repetat.

4. Finitis Matutinis (de quibus infra) factoque signo receperunt nonnullis istibus campanulae, omnes cum summo silentio in cellulas suas se recludant usque ad horam octauam, ut lectiones suas studeant, memoriterque addiscant.

5. Octaua hora sonante, signum fiat ad repetitionem lectionum, quibus ab unoquoque cum socio suo repetitis per spatium duplicitis quadrantis, factoque signo, Conclusio, seu reparatio ha-

beatur usque ad horam nouam: in qua Conclusione duo auditores ordinatim duplēm lectionem explicatam defendant, unus matutinam, vespertinam alter, duoque alij ex ordine arguent, & postea qui voluerint. Huic exercitio Lector ipse, vel alijs loco ipsius præsidebit.

6. + A Dominica verò in Albis usque ad diem Trāslationis S.P. Benedicti, ad matutinam scriptionem signum fiat hora septima; ab hora octava usque ad nonam interrogabitur lectio, & alia legetur, repeteturque per spatiū quadrantis (vt supra.)

7. Hora prima post meridiem campanula signum fiat ad reclusionem, & studium, omnesque cum silentio in cellulas suas se recipiant usque ad horam scriptionis vespertinæ, vel Conclusionis, si non detur scriptio. Ad prædictam scriptionem signum fiat hora secunda; ad Conclusionem hora tertia, qua finita interrogabitur lectio, legetur alia, & repetetur.

8. Præcipimus ut singulis ternis mensibus auditores Philosophiae annis singulis publicas, ac diurnas Conclusiones ipsorum Magistro Præside habeant; singulis mensibus Conclusiones nocturnas, seu priuatas, sicut Theologi (de quibus infra:) singulisque sabbatis, eorum quæ per hebdomadā audierunt, repetitiones, seu conferentias.

9. Permittimus ut auditores Philosophie in cellulam Magistri sui possint ingredi, excepto tempore Meridianæ, factoque signo ad dormitionem post cenam, seu post collationem. Ipse verò Magister poterit cellulas illorum ingredi, tenebiturque eos aliquando iniuere tempore studij, maleque occupatos, desides, aut vagantes, lectiones non studentes, aut alijs obligationibus suis, quæ ad studij materiam pertinent, negligenter satisfacientes, regularibus penitentijs punire, curareque ut curiosè studeant, ac tempus fructuosè expendant.

10. Præcipimus ut Cursores Philosophiae bis examinentur a tribus examinatoribus, quos Reuerendissimus designabit, semel post Dialecticam auditam, Cursu verò finito, iterum. Porro examinatores illi iuramento præmisso, singulos de auditis seriò interrogent, atque super ijs sigillatum per calculos albos, ac nigros vota ferant, conscientias verò illorum sub iuramento præstito grauiter oneramus ne indignum aliquem approbent, aut dignum reprobent.

II. Quod

11. Quod si aliquis à duobus examinatoribus fuerit reprobatus, à Cursu expelletur, neque ab huiusmodi expulsione Disfinitorum poterit implorare.

C A P V T III.

*De Regente Collegij, & Lectoribus
Theologie.*

1. Statuimus ut in Collegio Conimbricensi, & in alio quo: Suis Monasterio in quo Theologia docetur Regens sit, qui Bacchalaurei saltem gradu sit insignitus, à Reuerendissimo, & Diffinitoribus singulis triennijs ex antiquioribus Lectoribus eligendus, semel autem electus reelectionis capax erit.

2. Ad munus Regentis pertinet, omnia quæ ad studium spectant, ordinare, ac dirigere, curareque, vt cuncta perfectè secundum leges obseruentur: Lectionem primariam Theologiae, seu principalem legere: intra Aulas Collegij præcipere vt taceant, & audiant, absentes accersere, argumentationes ad formam reducere, & finire, arguentibusque ultimò satisfacere: Absente Abbe, eos qui meruerint in actu aliquo Scholastico, regularibus penitentijs punire: tempore studij vagantes, aut male occupatos eisdem penis coercere: eodem etiam studij tempore studentium aliquando Cellulas circuire, & ingredi, vt exercitium cuiusque illi innotescat, desidesque, & incuriosos puniat: matierias pro quotidianis Conclusionibus Theologicis designare: exteriores item alijs in Monasterijs, seu Collegijs defendendas illi studenti commendare, qui cum satisfactione possit arguere, cui Abbas socium assignabit. Non poterit tamen Regens in actibus Scholasticis, temporeque studij dispensare, nec Abbas frequenter, aut inconsulto Regente dispensem.

3. Statuimus ut in Collegio Gonimbricensi præter Regensem, Lector saltem alias Bacchalaurei etiam gradu insignitus à Reuerendissimo, ac Diffinitorio eligendus existat, qui posteriore lectionem Theologiae legat.

4. Porro in Cursu Theologiae Olyssipponensi tres saltem sint Lectori-

Lectores modo (quo supra) eligendi, quorum unus Regens sit. Volumus autem, ut quilibet Lector in ipso suo lectionis actu, Auditores qui meruerint poenitentijs regularibus punire possit, absentesq; accersere, ac inobedientes pletere.

5. Statuimus ut Lectores isti lecturas suas incipient à Kalendis Octobris, easque finiant in Vigilia Translationis S. P.N. Benedicti. Tempore autem intermedio vacent lectiones à Vigilia Nativitatis Domini inclusiūe usque ad diē Circumcisōis. Duobus diebus ante diem Cineris. A Sabbatho Palmarum usq; ad Dominicam in Albis; die S. Mauri, S. Scholasticæ, S. Placidi, Omnia Sanctorum Ordinis nostri, & die Officij solemnis pro Fratribus nostris. Diebus denique Festis, atq; assuetis per hebdomadas.

Vnusquisque Lector legat per Horæ spatium. Si tamen legentes manè, vel vespere fuerint plures, quam duo, legat Iuniores aliquid minus, aliquantulumque citius solito lectiones inchoentur, ut horis competentibus finiantur.

6. Statuimus ut quater in anno publicæ Conclusiones Theologicæ habeantur, quibus Regens, & Lectores alternatim praesidebunt, & vñusquisque defendantem eliger. Primæ quoad fieri possit habeantur ante Aduentum, secundæ ante Quadragesimā, tertiaz ante Ascensionem, quartæ ante finem Cursus.

7. Singulis etiam mensibus Dominica aliqua, vel feria quinta Conclusiones priuatæ habeantur, quibus Regens patrocinetur, vel Lector alter ex Commissione ipsius. Huiusmodi Conclusiones septem saltem puncta habebunt easque tuebuntur auditores Theologi ex ordine suo, septem verò alij ordinatim etiā arguent, non vagè, & pro libito, sed primus arguens contra primum punctum, secundus contra secundum, & sic deinceps, ita ut omnia, ac singula Conclusionum asserta disputentur. Bacchlaurei autem, Lectores, atque Magistri instare poterunt, atque argumenta vrgere. Hæ Conclusiones regulariter ex materijs Sacramentorum, & alijs moralibus depromātur atque per spatium duarum horarum perdurent.

+ Ab Octobri usque ad Pascha habeantur noctu matutinis finitis. A Paschate autem usque ad finem anni habeantur vespere ab hora secunda usque ad quartam, seu prout fuerit commodius.

§. Die harum Conclusionum Regens qui illis præsidet , & defendens qui eas tuerit, speciale aliquid habeant leuaminis.

9. Volumus quòd si fortè Regens aut aliquis ex Lectoribus iunior sit auditore, aut discipulo aliquo , eos omnes loco, ac voce præcedat, Priore excepto : & in Monasterijs Congregationis in quibus hospitari contingit, in mensa maiori sedebut.

CAPVT IIII.

De ordine Studij , & Examinationis auditorum Theologie.

1. F I N I T I S annis Philosophia, qui habiles fuerint inueniti, & aprobati, ad Theologiam audiendam promoueantur, in eaque addiscenda quadriennium expleant.

2. In Collegio Conimbricensi studentes isti Theologi semel in die manè, vel vespere, prout ratio temporis, aut maior commoditas postulauerit, in Academia Cursum agant , Magistros Academicos audituri; (nisi fortè temporis progressu Capitulum Generale aliud magis expedire iudicauerit) Professores autem nostros in Academia docentes quovis tempore audiant.

3. Statuitus ut finitis Matutinis, ab Octobri vsque ad Pascha (prout supra Caput. 2. dictum est) Theologi , & auditores in Cellulas suas se recipiant, & lectionibus suis incumbant vsq; ad horam octauam cum quadrante.

4. Deinde vsque ad horam nonam quotidiana habent Conclusionem, quam defendens vespere in Cathedra figet. Defendens unus erit , arguent vero duo , nullusque ab huiusmodi onere sit exemptus, neque diem defensionis, aut argumentationis sua cum alio poterit commutare absque speciali licentia Regentis: alioquin Regulari disciplina subiaceat, ad ipsius Regentis arbitrium. Duobusque argumentis finitis, insurgant alij, & in arguendo , Conclusionemque ventilanda , curiosos se exhibent.

5. A Dominica in Albis vsque ad anni finem habeatur huiusmodi Conclusio hora prima post meridiem: diebusq; ieiunij Ecclesiæ

Ecclesiæ habeatur statim post ultimam lectionem matutinam. Hoc autem seruetur præcipue in Collegio Conimbricensi, si Theologi vespertinas lectiones Academiac cursitent, alios enim, vel alibi, Conclusio illa commodiori (quod fieri possit) habetur tempore.

6. Præcipimus, ut singulis sabbathis in hebdomadis lectiuis, vel in proximiore die sequenti alias non impediatur, si in sabbato aliquod occurrat impedimentum, rationem reddant Theologi lectionum, quas per hebdomadam illam audierunt, dictata sua unoquoque Lectore interrogante. Fiet huiusmodi exercitium ab Octobri usque ad Pascha ab hora septima cum dimidia noctis usque ad nonam. A Dominica autem in Albis, & deinceps hora prima post meridiem, vel alia commodiori (prout dictum est supra de Conclusione.)

+ Huic exercitio, Conclusionibusque mensuris Abbæs etiam intersit.

7. Statuimus, & ordinamus ut auditores Theologiarum propæ finem Cursus anni primi, secundi, ac tertij de materijs auditis examinentur a tribus Examinatoribus, quos Reuerendissimus nominabit. Porro Examinateores isti post examen cuiusque præmisso iuramento, suffragia ferent per phæsolos albos, ac nigros super sufficientiam illius: quod si nomine discrepante aliquis reprobetur, præcipimus in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub pena Excommunicationis ipso facto, Reuerendissimo, ut eum tanquam incepsum, & inhabilem, Cursu priuet.

8. Si vero duo tantum Examinateores primo anno in reprobationem alicuius concurrant, si ille alias ex testimonio Lectorum facit quantum in se est, obedientia, humilitas, modestia, & alias virtutes illi suffragentur, indulgenter concedimus, ut in Cursu remaneat, & Reuerendissimus eum non expellat.

9. Si denique secundo, aut tertio anno duo Examinateores in reprobatione alicuius concordes fuerint, præcipimus, quod in hoc eventu attendat Reuerendissimus an de eo habeatur opinio, & spes, quod sufficienter postea concionabitur, atque si genium, & spes illa ei suffragetur ex testimonio Abbatis, & Lectorum, indulgenter etiam concedimus in favorem spei, ut in Cursu non expellatur, grauis tamen ei fiat admonitio ut diligenter laboret.

10. Statui-

10. Statuimus ut in discussu anni secundi singuli Theologiae auditores breuem quandam probationis faciant Concionem coram Conventu; præcipimus tamen (ne huiusmodi tentatiis à Theologia studio desistat præparatione nimia) ut Abbas coram Regente ante dies solummodo 15. thema Concionis vnicuique assignet.

11. Anno tandem quarto ad publicè concionandum examinabuntur, & Baccalaureædi eligantur (prout infra dicetur.)

C A P V T . V .

De Ordine recitandi Officium Diuinum in Collegijs, & Horis Refectionis.

CIRC A recitationem Diuinarum precum, & alios actus Conuentuales sequentia statuimus.

1. *Ad Matutinum, & Laudes Diuini Officij* sequentis diei, à Calendis Octobris vsque ad Pascha, signum fiat hora 3. post meridiem: quibus finitis habeatur oratio mentalis per spatium quadrantis.

2. *Ad Primam* pulsetur Hora quinta temporis antelucani. Tunc verò recitentur prius in Choro Matutinum, & Laudes Dominae nostræ, deinde Prima officij Diuini, & statim Prima Deiparae, postea Martyrologium cum Pretiosa Diebus festis, & assuetis pulsetur hora 6.

3. *Tertia, Sexta, & Nona* in ferti etiam eisdem Horis Deiparae recitentur in Choro post ultimam Lectionem Matutinam duplice quadrante ante prandium.

4. *Ad Vespertas* à predictis Calendis vsque ad Sabbathum primum Quadragesimæ, pulsetur hora prima post meridiem, dictisque prius in Choro Vesperis Deiparae recitentur Vesperæ, & Completorium officij Diuini, atque in fine illius Completorium Virginis. In Ferijs Quadrages. dicantur Vespera ante prandium statim post Nonam.

¶ 5. A Pascha, & deinceps pulsetur ad Matutinum (vt supra) hora quinta post ultimam lectionem vespertinam. *Ad Primam* hora quarta manè quæ cum cæteris (vt supra) recitetur. Diebus Festis, & assuetis pulsetur hora quinta. *Ad Tertiam, Sextam, & Nonam* cum eisdem horis Deipariae, pulsetur (vt supra) duplice

quadrante ante prandium. *Ad Vesperas, & Completorium* (quæ
ve supra dicantur) pulsetur meridiana finita.

6. Porro si Collegium aliquod eum Conuentu simili existat,
ordinem Conuentus sequatur in Officijs diuinis Festorum Du-
pli. 1. clas. & Feiti omniū Sanctorū Ordinis nostri à 1. vesp. usque
ad 2. & in Vigilijs pred. & torum Festorū vacent ibi lectiones ves-
pertinie. In Dominicis verò, & alijs Festis eundē ordinē sequatur,
quoad Tertiā, & alias Horas, quæ ante vel post Missā dicuntur.

7. Quod attinet ad Horas refectionis a Kalendis Octobris
pulsetur ad prandium hora undecima, & post illud omnes se re-
cipiant in cellulas suas per spatiū saltem quadrantis, meridiana
instar. Ferijs Quadragesimæ pulsetur ad prandium dictis vesp.
Ad cœnam, seu collationem pulsetur hora nona, refectione que
peracta sermocinari poterit usque ad horam decimam, qua so-
nante campanula canat receptui, omnesque cum summo silen-
tio se in cellulas recipient.

8. Ferijs sextis per annum, & tribus diebus silētij Quadrage-
simæ sermocinatio illa post collationem non habeatur. Cate-
ris diebus Quadragesimæ (tribus illis exceptis) & in Aduentu,
per unius tantum quadrantis spatiū sermocinare liceat.

9. Diebus Festis, atque assuetis signum fiat ad Refectionem
nocturnam hora octaua, ad silentium vero hora nona.

10. A Pascha, & deinceps pulsetur ad prandium hora deci-
ma, diebus tamen ieiunij horis solitis. Ad cœnam pulsetur post
Orationem mentalem Matutini. Execentesque à cœna animum
fecreent usque ad salutationem Angelicam, & transacto uno
quadrante plus minusve campanula pulsetur silentij.

11. Ferijs sextis habeatur Capitulum culparum, *Hyemis*
tempore post collationem, & post Pascha factō signo ad Salu-
tionem Angelicam.

CAP VT VI.

De ijs, quæ prohibentur, ac præcipiuntur Studentibus.

1. Ræcipimus, & ordinamus, ut nullus auditorum Philo-
sophie, aut Theologie possit exire ad urbem, seu mu-
nicipium in quibus student, præterquam cum Abbate aut Prio-

re, Magistris, Regente, aut Lectoribus; huiusmodi autem egressiones non sint pedestres; seruetur tamen consuetudo Collegij Conimbricensis, in quo pedites ire solent Monachi usque ad Academiam, & ad alia superiora, seu vicina Collegia.

2. Porro ad celebranda Festa, quæ in alijs Cenobijs celebrari mos est: ad Conclusiones etiam, quæ in illis tuentur: & ad Conclusiones, quæ domi sunt tuenda, distribuendas poterunt auditores, & studentes illi, alij cum alijs (prout Abbas disposerit, egredi. Olyssipone tamen pedestres studentium, aut aliorum egressiones interdicimus.

3. Præcipimus ut nullus prædictorum studentium vlo. unquam tempore, nec etiam cum à Collegio recedunt, aut redeunt, domum aliquam urbis, aut municipij, in quibus student, ingredi audeant, neque Conimbricæ studentes postquam in Academia extiterint, extra fores ambulachri illius exeant, nisi forte ad requisita naturæ, aut vt via recta in Collegium nostrum pergant, quæ prædicta obseruent sub præcepto virtutis sanctæ Obedientia, & sub pena Excommunicationis ipso factò incurriendæ, atque priuatione Collegij.

4. Si quis ab Academia in domum redierit, Prælati benedictionem accipiet, atque sine speciali licentia ipsius in Academiâ non reuertetur. Socios ad huiusmodi regresiones ex Academia, & vt mutuum seruitium sibi impendant cum ægrotauerint, Abbas anni initio designabit.

5. Præcipimus ut Studentium nemo à lectionibus Academicis, aut domesticis, seu alijs actibus scholasticis abesse possit. Auditoribus Philosophiae Lector illius licentiam præstare poterit vt absit legitima intercedente causa: Auditoribus Theologiae Regens in ordine ad actus domesticos tantum: solus autem Abbas licentiam concedere poterit vel Conuentui, vel singulis Academiam non eundi. Quod si aliquis absit, & in Academiam cum alijs non ierit, Præsidens illum Prælato denunciet, & si culpabilis inueniatur, graui correctioni subiaceat.

6. Statuimus ut nullus auditorum Theologiae ab scriptione lectionum, tum quas domi, tum quas Magistri in Academia dicant sit exemptus, nisi ex speciali licentia Reuerendissimi in scriptis obtinenda, qui eam non concedat quin prius illi de legitima causa constet.

7. Quocirca præcipimus, vt singulis mensibus Abbas, Regens, & Lectores congregati quaternones singulorum perlustrent, & si quos inuenient defectuosos, cum paginis illiteratis, vel perfunctoriè exaratos, scriptores illorum tanquam negligentes, atque desidiosos irremissibiliter puniant.

8. Præcipimus omnibus, ac singulis Studentibus, vt tūm in Aulis domesticis, tūm etiam in alijs externis, præcipueque in Academicis, vt attente Magistros audiant, quietè, grauitè, & modestè prædictis locis assitant. Nec non vt omnes simùl aggregati in Aulis Academiarum, non verò huc, atque illuc dispersi sedcait: super quo Abbas, ac Prior specialiter prouideant, & ab alijs fratribus se sequestrantes puniant.

9. Ne autem Monastica grauitas, ac Religionis decor, & splendor desperdatur, in actibusque publicis denigretur, præcipimus in virtute sancte Obedientie omnibus qui prædictis actibus interfuerint, nè pedibus, aut manibus, vel alio quouis modo applaudere præsumant.

10. Præcipimus denique in virtute sancte Obedientie, vt nullus auditorum Theologiae publicè prædicare audeat ante Natuitatem Domini sui quarti anni Theologie, nec Abbas, aut Reuerendissimus vlli antea licentiam præsentet.

11. Porro vt prædicti Theologi Episcopis præsentari possint à Prælato suo, præcipimus, vt secundum Clementinam Constitutionem per tres examinatores à Reuerendissimo designandos tempore illo Natuitatis Dominicæ, de sufficientia scientiæ examinentur, nec ante huiusmodi examen, & examinotorum approbationem Abbas aliquem præsentare præsumat, prout supra libr: 2. statutum est.

CAPVT VII.

De ijs, quæ Studentibus permit-tuntur.

12. **S**tatuimus, vt auditores Philosophiarum, aut Theologiae quod attinet ad cantum, hæc tantum cantare tenetur.

Primo,

Primo in die Nativitatis Domini, Pasche Resurrectionis, Pentecostes, Assumptionis B. Marie, Transitus, ac Translationis S. P. N. Benedicti cantentur omnia tuta nocturna, tum diurna sicut cantari solent in alijs Monasterijs Congregationis, & prout commoditas loci, ac temporis tulerit, primis tantum, atque secundis Completorijs exceptis. In Transitu tamen S. P. Benedicti primi etiam Completorium cantetur ubique, Matutinæque preces hora secunda post noctis medium, sicut in alijs Monasterijs cantentur.

2. Secundò, In alijs Festis Duplicibus prime classis, & in Festa Circumcisionis, Trinitatis, & Inventionis S. Crucis, in Festis B. Mariae, S. Michaelis Archangeli mense Septembri, S. Iacobi, & Ioannis Apostoli, S. Mauri, S. Placidi, S. Scholastice, omnium Sanctorum Ordinis nostri, & Festis Doctorum Ecclesie, cantetur in Matutinis Hynnus Te Deum, &c. cum Euangelio. Officia hebdomadæ sanctæ, & Officia pro defunctis mense Nouembris cantentur, vt in alijs Monasterijs.

3. Tertiò, singulis Dominicis, ac diebus Festis cantetur Missa maior, recitatis prius Tertia, Sexta, & Nona Officij Diuini, ac Dominæ nostræ, vt suprà.

4. Prateret in Festis S. Mauri, S. Placidi, S. Scholastice, & omnium Sanctorum Ordinis nostri cantetur saltè Tertia Diuini Officij, & Missa; post illam verò recitentur Sexta, & Nona.

Vnde ab Octobri usque ad Pascha pulsetur ad Tertiam hora nona, reliquo anni tempore hora octaua. Singulis etiam mensibus cantetur Missa Anniversarij pro Fratribus, atque Benefactoribus nostris defunctis, & singulis sabbatis ante Matutinum Antiphona Dominæ nostræ.

¶ 5. Permittimus, vt Studentes cucullas ad Chorūm non deferant, nisi ad Primam, Tertiam, & Vesperas in Dominicis, ac Festis, quæ aut ab Ecclesia, aut à nobis specialiter coluntur. Secundò ad Matutinum, & ceteras horas cantatas * Nativitatis * Resurrectionis, * Pentecostes, * Assumptionis B. Mariae, * Transitus, & Translationis S. P. Benedicti. * Circumcisionis, * Epiphaniæ, * Ascensionis, & * Corporis Christi, * Omnium Sanctorum vniuersalis Ecclesie, * & omnium Ordinis nostri, * ad Officia hebdomadæ sanctæ, * ad Officium pro omnibus fidelibus defunctis, & ad Officium solene pro Fratribus nostris.

6. Per-

6. Permittimus vt Studentes præter Aduentum, & Quadragesimam, cæterosque dies ab Ecclesia præceptos, ex alijs Ieiunijs Regularibus solis ferijs sextis ieiunent.

7. Permittimus etiam vt præter Aduentum, & Quadragesimam, solis Ferijs sextis flagellationes habeant Conuentuales, post Capitulum, seu Collationem.

8. Permittimus vt cum Studentibus summi silentij obseruatio non intelligatur, nisi tempore Meridianæ, & tempore quo vel ad studium, vel ad reclusionem campanula pulsatur.

9. Permittimus vt Studentes Regentis cellulam possint ingredi extra tempus tamen Meridianæ, & extra tempus illud quo ad dormitionem nocturnam signum fit, dummodo ingressus ille sit ad aliquam dubitationem, seu materiam studij tractandam, qua resoluta non amplius se detineant.

10. Permittimus, vt in Refectorio tūm ad prandium, tūm ad cœnam Biblia sacra legatur cum paulis vulgaris idiomatis. A medio autem mensis vsque ad finem legantur etiam alij libri deuotionis, seu eruditionis, vt Moralia S.P. Gregorij, Sermones S.P. Bernardi, Flos Sanctorum, Chronica Ordinis nostri, vel alia similia.

11. Præcipimus, vt singulis mensibus solitam habeant recreationem; post Pascha verò vsque ad finem cursus illius anni singulis quindecim diebus aliquod habeant extraordinarium. Aliquando etiam diebus assuetis, aut festis aliquid habeant leuaminis, quod prouidentia, & prudentia Prælatorum committimus.

12. Permittimus vt auditores Theologi præsertim Conimbricenses, primo, ac tertio anno, finito cursu, in alijs Monasterijs Ordinis feriari possint, prout Reuerendissimus disposuerit. Huiusmodi autem feriantes missarum hebdomadas, quæ eis tunc temporis adueniunt, à Cantore distributas, & assignatas secum deferant. In Monasterijs, quibus feriantur, Missa maiori, Completorio, & Orationi illius intersint, alijsque Horis Festorum solemnum, in quibus etiam, si fuerit opus, Altaris sint ministri. Ferijs quartis aliquid cœnæ eis largiatur, aliisque fauores intra religiosæ obseruantæ terminos concedantur.

13. Cæteri verò qui inferiati in Collegijs remanent, singulis hebdomadis aliquid habeant extraordinarij, & specialibus alijs

alijs indulgentijs tractentur. Officijs tamen divinis satisfaciant
(vt supra) in gulisque diebus (exceptis Dominicis, Festis, ac Fe-
rijs quintis) pulsetur campanula hora septima, & ad sonitum illius
omnes in cellulas suas se recipiant, & studio incumbant usque ad
horam nonam, quo temporis spatio nullus eorum Missam cele-
bret, neque alijs negotijs se implicant, nisi vrgens aliqua occurrat
occasio. Hac autem seruent tum Theologi, tum Philosophi quo-
uis vacationum tempore in Collegijs remanentes.

14. Permittimus, vt in Collegio Conimbricensi tres possint
haberi adolescentuli ad ministerium Sacrificij. Pupilos vero (vt
aiunt) omnino interdicimus, quod Abbas, & Reuerendissimus
obseruare teneantur sub priuatione vocis actiuar, ac passiuar per
triennium.

15. Statuimus, vt in transmigrationibus Studentium, Le-
ctorum, & Magistrorum, Professorum Academia, & eorum, qui
Passantes dicuntur, Collegia ex quibus transmigrantur sumptus
faciant personales, & utensilium: librorum vero faciant domus
ad quas sit transmigratio.

16. Statuimus denique vt in Collegijs Constitutiones om-
nes seruentur, qua pro alijs Monasterijs Congregationis sunt
decreta, ijs tantum exceptis, qua specialiter pro Collegijs san-
ctis sunt.

C A P V T VIII.

De Theologis Bacchalaureandis.

1. **S**TATVIMVS, vt in fine quarti anni Theologiae
singuli qui eam audierunt, Conclusiones quasdam mo-
rales coram omnibus sine Praeside tueantur, Regens tamen ar-
gumenta diriget, ac finiet. Conclusionibus his expletis, quinque
Bacchalaureandi vulgo Passantes ex omnibus elegantur: Tres
ex Collegio Conimbricensi, duo ex Olyssiponensi.

2. Electores Conimbricensium erunt Reuerendissimus,
seu aliquis ex commissione illius, Socius eius, Abbas Collegij,
Magistri in Theologia in eodem Collegio conuentuales, & exi-
stentes, Lectores Theologiae tum actuales, tum Iubilati, qui ibi-
dem

dem habitauerint. Electores Olyssipponensium erunt Reuerendissimus (vt suprà) cum Socio suo, Abbas, Regens, & Lectores Theologiae ciudem Collegij, siue acti legant, sine iam sint Emetiti ibidem commorantes.

3. Pruisquam verò ad electionem procedatur, sequens clegendorum examen præcedat. Congregetur Reuerendissimus insimul cum prædictis Electoribus, & ex materijs speculatiis partium D. Thomæ nonnullas Conclusiones eligant, quæ in scriptis, schedulisque sigillatim redactæ in vnam inijciantur. Deinde nomina Theologorum omnium Cursum finientium, qui expressè iuri suo ad prædictam electionem passiuam non renunciauerint, in vas illud mittantur.

+ His peractis, schedula vna ex vase nominum educatur, & vocatus ille cuins nomen in ea habetur, à vase Conclusionum duas schedulas extrahat, atque Conclusiones in eis contentas, transacto spatio viginti quatuor horarum, coram omnibus explicet, & probet per spatum saltem vnius quadrantis. Deindeq; duo alij, quos anteā Electores nominauerint contra ipsas duas Conclusiones arguententur; ita vt vterque duplī medio arguat, uno contra primam Conclusionem, altero contra secundam; Lectoresque, si voluerint, instent: & eodem modo cum ceteris examinandis procedatur.

4. Hoc examine finito, prædicti Electores præmisso iuramento, per schedulas secretas suffragentur, nomina eorum, qui secundum merita magis placuerint, in vas scrutinij simul inijcientes. Electores autem exhortamur, vt eos eligant, qui bonitate, & felicitate ingenij, curiositate sciendi, & in studium propensione, præsenti eruditione, & maiori in posterum spe alios vincunt; super quæ conscientias eorum grauiter oneramus.

5. Latis autem suffragijs, & ab omnibus Electoribus scrutatis, illi in quos plura concurrerint, maneat electi. Quod si duo, vel plures habuerint vota æqualia, religione senior preferatur. Ad præsidendum quoque, & ad gradus postea suscipiendos, qui seniores fuerint Habitum, iuniores antecedant.

6. Ultimò tandem postquam omnes illi quinque prædicto modo fuerint electi, statim singulorum nomina in schedulis æ qualibus exarata in vas vnum inijciantur, æqualiter etiam, & uniformiter schedulis ipsis plicatis. Deinde Reuerendissimus

manu

manu propria tres ex quinque schedulis vnamquamque sigillatim à vase educat, atque tres illi qui in eis fuerint conscripti, in Collegio Conimbricensi munus suum exerceant, & in Academia Bacchalaurei in sacra Theologia creentur, Collegio ipso expensas faciente. Alij verò duo in vase remanentes munere suo fungantur in Collegio Olyssiponensi, & vel in eādem Academia ex licentia Reuerendiissimi, si aliás possibilitas eis suffragetur, vel in Congregatione saltem iuxta Clementinum prilegium nobis concessum, prævio examine (de quo infrā) eodem Bacchalaureatus gradu insigniantur.

7. Munus illorum erit quotidianis Theologorum Conclusionibus præsidere per hebdomadas alternatim, non in materijs, quas elegerint ipsi, sed quas Regens assignauerit, Lectores etique Philosophie, si opus fuerit, coadiuware.

8. Cum prædictis Bacchalaureandis dispensamus, vt Chorūm nō teneātur adire hebdomada qua præsident, neq; reliquo anni tempore ad Primam surgant, exceptis Dominicis, & Festis; In Festis autem solēnioribus, in quibus Matutinæ preces cantantur, non illi tantū, sed Magistri etiam, atque Lectores Choro intersint.

9. Dispensamus etiam cum ipsis, vt in communī Officiorum tabula pro solis Missarum hebdomadis ingrediantur, ceteris autem specialibus tabulis immunes non erunt.

10. Statuimus, vt primis quatuor annis post electionem suam à Collegio non possint expelli, nisi culpæ graues intercedant. Quòd li expellantur Diffinitiorum poterunt implorare.

§.

11. Porrò cum Bacchalaurei gradus prævium examen requirat, statuimus, vt illi qui in Ordine sunt Bacchalaureandi ordine sequenti examinentur.

12. Vnusquisque illorum tres Actus scholasticos efficiet; In primo (qui prima Tentativa dicatur) nouem Conclusiones ex materijs prima Partis D. Thomæ tuebitur. In secundo (qui secunda Tentativa vocetur) nouem etiam Conclusiones defendet, tres ex materijs Prima Secundæ, tres aliae ex materijs Secundæ Secundæ, tres verò ultimæ ex Sacra pagina. In tertio tandem Actu (qui Formatura dicatur) tres Conclusiones ex materijs tertiarum Partis defendet.

† Huiusmodi Conclusionibus prasideant Lectores Theologiz alternatim insignijs Magistralibus ornati, si Magistri fuerint constituti, Formaturis tamen Regens prasideat. In predicationis Conclusionibus arguant primò Prasidens, deinde alij Theologi, & alij Bacchalaureandi, Lectores vero, & Magistri instent, vel argumententur, ita ut per spatium duplicis horae vnaqueque Actio duret.

13. Ad gradum vero suscipiendum hic ordo seruetur. Actu Formativae finito, surgat Bacchalaureandus, & inter duos Monachos iuniores (quorum unus pileum in patina argentea, & alter Magistrum Sententiarum deferat) ad Abbatem accedat, & stans coram eo dicat. Religiosissime Pater, & huius Collegij moderator dignissime, peto a te ut concedas mihi facultatem ad accipiendum gradum Bacchalaurei in sacra Theologia.

† Abbas vero eum benedicens, dicat. Ego eam tibi concedo, In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus Sancti, + Amen.

† Tunc Bacchalaureandus genuflexus manum Abbatii deosculetur, & surgens inter predictos Monachos iuniores, ad cathedram, in qua Regens erit, accedat, & in ultimo gradu illius genuflectatur, Regens vero breuem quandam oratiunculam faciens in laudem ipsius, eum tandem Bacchalaureum creet sub hac forma.

¶ Ego Frater N. huius Collegij Regens, & ceter. auctoritate Apostolica Bacchalaureum te constituo in sacra Theologia, & concedo tibi omnia priuilegia, que ad hunc gradum ascendentibus concedi solent, in cuius signum pileum impono capiti tuo, & librum tibi trado clausum, & aperitum, ut eum publice possis interpretari. In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus Sancti. + Amen.

14. Ultimo tandem creatus Bacchalaureus in cathedram ascendat, & Actionem in hunc modum concludat. Reliquum est ut gratias agamus Domino Deo nostro, Religiosissimo, & dignissimo Patri nostro Abbatii, Magistris, & Lectoribus sapientissimis, concionatis omnibus titulis ornatis, sime, &c.

(+) CAPVT

CAPVT IX.

De Bacchalaureis Magistrandis.

1. **S**tatuimus, vt qui Bacchalaurei gradu in Theologia fuerint insigniti non possint Actus subsequentes prosequi, & lauream Magisterij accipere, nisi de licentia Reuerendissimi in scriptis obtinenda, qui tamen eam nullatenus *concedet ali-
cui, nisi post annum nonum Theologiae.

* ad Magis-
terium.

2. Ut autem sumptus, & expensæ ad lauream Magistralem Academiac ex ærario Congregationis alicui concedantur, ex solo decreto Capituli generalis id pendere volumus.

3. Quoniam verò ex Priuilegio à Clemente VIII. nobis concessò possunt in Congregatione nostra creari Magistri in Theologia, & in Artium facultate, si primum habuerint Cursus secundum Statuta Academiac Conimbricensis requisitos ad prædictos gradus suscipiendos, priusquè per triennium saltēm integrum legerint, ac riguroso examine à tribus saltēm Magistris in Theologia fuerint examinati (vt ex proprio diplomate latius constat) statuimus quod singulis trieniijs duo saltēm Bacchalaurei, qui nouem habuerint annos in exercitijs literarijs expletos, tribusque ex illis actu Theologiam legerint, prævio se-
quente examine lauream Magistralem Theologiae possint ac-
cipere.

4. Finito igitur tertio anno Lecturæ Theologiae speculati-
uæ, seu ad finem illius, Lector ipse Magistrandus die quem ele-
gerit, quatuor quæstiones Quodlibeticas publicè disputabit, du-
as manè, duas vesperè. Prima erit ex materijs primæ Partis; se-
cunda ex materijs primæ secunde; tertia ex secunda secundæ;
ultima tandem ex tertia Parte.

† Huiusmodi quæstionibus Quodlibeticis assistent duo saltēm Magistri, vel duo saltēm Lectores Theologiae, quorum pri-
mus dupli medio arguet contra resolutionem primæ quæstio-
nis, secundus similiter contra secundam, & sic in cæteris.

5. Deinde hac disputatione peracta, elapsisque annis statim assignandis, tres saltēm Magistri in Theologia congregentur,

vbi commodiūs congregari possint, vt Bacchalaureum Magistrandum (secundūm Clementinum diploma) priuatim examinent.

T Nullus tamen ad prædictum examen admitti poterit, nisi prius 9. annos in exercitijs literarijs habuerit expletos à suo primo cursu Theologiae computandos, & nisi inter eos tribus saltem integris Theologiam speculatiuam actu legerit, quæ sunt conditiones à Clemente VIII. ad gradū Magisterij requisitas.

I 6. Forma autem examinis hæc erit. Duas Conclusiones Theologicas vnuſquisque Magister in scriptis redactas in vas vnum iniiciat, Lectorque Magistrandus accedat, & tres ex illis à vase sortitò extrahat, atque transacto spatio 24. horarum, questiones, & Conclusiones illas priuatim coram prædictis Magistris per Horæ spatium enucleet, & illustret. Deinde primus, ac senior Magister arguat contra primam quæſtionem, seu Conclusionem dupli medio, similitèr secundus contra secundam, & tertius contra tertiam, examineque finito, authenticum illius testimonium in scriptis reddant Magistrando (nisi eum forte præmisso iuramento, insufficientem adhuc quoad scientiam, & hac ratione laurea magistrali indignum esse indicent.)

§.

De Solennitate Magisterij.

7. **P**ostquam Bacchalaureus prædictum examen subierit, authenticum testimonium illius à prædictis Magistris subſignatum ad Reuerendissimum transmittat, qui ad calcem ipsius hoc decretum apponat. *Viso testimonio Examinis facti, Magister poterit creari, & subscribat.* Gradus autem Magisterij tribuendus est à Reuerendissimo, vel ex commiſſione ipsius ab Abate Collegij, in quo Magisterium celebratur, seu à quouis alio Monacho ex grauioribus, cui Reuerendissimus idem commiserit.

8. Die igitur pro laurea Doctorali designato congregetur Conuentus manè in Choro, vel Ecclesia, Cantoreque intonante Psalmum *Laudate pueri Dominum, &c.* processionaliter procedat

cedat ad locum decenter paratum pro Laurea suscipienda, in calce autem processionis incedant Magistri, & omnes alij, qui gradu aliquo fuerint insigniti ibidem existentes, singuli insignijs suis ornati, & in fine tandem Magistrandus capite discooperto incedat medius inter eum qui Gradum collaturus est, & inter Magistrum Theologum, quem tanquam Patronum elegerit, ut eum insignijs Magistralibus ornet, duoque Iuniores Monachi ante eum incedant, quorum unus pileum tñijs albis distinctu, alter Bibliam sacram cum annulo deferat.

† Cunctis verò prædictum locum ingressis, prædictoque Psalmo finito, ingrediatur tardem ultimo Magistrandus cum Patrone suo, & genuflexus coram Abbatे, seu alio ex commissione Reuerendissimi Gradum collaturo, professionem fidei emittat, qua finita, Gradus Magisterij sub hac forma conferatur. Ego Prater N. &c. autoritate Apostolica, à Reuerendissimo nostro mibi commissa Magistrum te constituo in sacra Theologia, & concedo tibi omnia privilegia, que ad hunc Gradum ascendentibus concedi solent. In nomine Patris + & Filii, + & Spiritus Sancti. † Amen.

† Tunc Magister creatus manum illi deosculans surgat, & coram Magistro Patrone genuflectatur, Patronus autem breui oratione premisa in laudem ipsius Magistri nouiter creati, eum insignijs Doctoralibus ornet (vt in Academia fieri solet.) Postea vero Magister creatus sedeat medius inter Abbatem, & Patronum, vnsq; ex Lectoribus, vel saltem Theologus grauem orationem faciat in laudem ipsius Magistri, atque Theologiz. Qua finita, aliquid pulsetur, aut cantetur, Actionemque tandem concludat Magister creatus cum solita gratiarum actione; R^e liquum est vt gratias agamus, &c. vt supra cap. 8. n. 14.

9. Quoniam verò ex prædicta Clementis concessione Magistros etiam in Artibus creare possumus, permittimus, vt Lector Philosophie Cursu suo finito, & à tribus Magistris in Theologia, modo quo supra, de Philosophia examinatus, & approbatu, Gradū Magisterij in Artibus recipiat. Solēnitas verò Actus erit eadem cum Magisterio Theologiae, excepto quod neque Conuentus in Choro, aut Ecclesia congregabitur ad Psalmum prædictum processionaliter canendum, neque prater Magistrū Patronum, aliquis alijs Orator orabit. Patronus autem ad nouum

num Magistrum laureandum poterit esse vel Magister in Theologia, vel in Artibus.

10. Forma collationis Gradus hęc erit: Ego F. N. &c. auctoritate Apostolica à Reuerendissimo nostro mihi concessa Magistrum te constituo in præclara Artium facultate, & concedo tibi omnia priuilegia que ad hunc Gradum ascendentibus concedis solēt. In nomine Patris, + &c.

11. Magisterij Theologiz laurea insigniti, atque etam Professores Academiczi in maiori mensa sedeant ubique, Priorēq; loco, ac voce præcedant.

CAPUT X.

De Lectoribus Iubilandis.

1. **Q**uoniam qui adit scientiam adit laborem, & dolorē, oportet ut qui multis annorum curriculis legendo, atque docendo industrie desudarunt, à labore tandem aliquando quiescant, præmijsque condignis, atque titulis decorentur.

2. Quapropter statuimus, ut qui duodecim lecturæ annos compleuerint, Emeriti, seu (ut aiunt) *Iubilati* nuncupentur, nec deinceps ad legendum ulterius teneantur, nisi aliqua occurrat necessitas, gaudentque priuilegijs, titulis, & honoribus, de quibus suprà, & infra.

3. Duodecim anni lecturæ ad Iubilationem requisiti erunt completi, & integri. Quoniam verò in huiusmodi annorum fluxu varia possunt occurrere impedimenta, ægritudinis videlicet, vel alterius legitime, ac rationabilis cause, ratione cuius Lectores legere nequeant, indulgenter concedimus, ut in toto illo anno curriculo octo menses impeditis illis computentur intra prædictum tempus lecturæ, in ordine tantum ad Iubilationem perindè ac si menses lecturæ forent, quanvis in illis actu non legerint.

4. Ut autem omnia ordinatè fiant, præcipimus ut prædicti anni duodecim singuli per se authentico testimonio Abbatis, ac dñorum Studentium comprobentur, & probationes Reuerendissimo ostendantur, ut de Iubilatione cuiusq; legitimè constet.

5. Cate-

15. Ceterum si quis Bacchalaurei gradu insignitus locū non habuerit in Collegijs ad legendam Philosophiam, vel Theologiam, vō umus vt anni lecturæ Theologiaz moralis in Monasterijs maioribus Ordinis, modò quo supra, pro annis lecturæ ad Iubilationem necessarijs, illi computentur.

16. Statuimus denique, vt anni lecturæ Philosophiaz, vel Theologiaz ad Iubilationem requisiti incipient computari ab anno sexcentesimo vigesimo tertio: duoque anni præsidentiaz quotidianis Theologorum Conclusionibus ab eodem anno, & deinceps, pro vno anno Lecturæ in ordine tantum ad Iubilationem obtinendam, computentur, non verò ad Gradum Magisterij suscipiendum. A prædicto quoque anno incipient computari, qui necessarij sunt ad titulum Prædicatoris generalis assequendum, & anni Magisterij Nouitiorum ad vocem habendam in Capitulo (de quibus supra.)

CONSTITUTIO VII.

De Prouincia Brasiliensi.

CAPUT I.

De Provinciali.

1. V M Prouincia Brasiliensis Congregationem hanc parentem agnoscat, op̄ortet etiam vt materno affectu eam Congregatio foueat, curetque vt indies augescat, & Monasteria ipsius absque illo spiritualium, aut temporalium dispendio quin potius augmento conseruentur.

2. Statuimus ergo primò vt Monasterium Sancti Sebastiani da Babia primum locum obtineat: secundum Monasterium S. Benedicti de Pernambuco, tertium, Monasterium S. Mariae do Rio de Janeiro, quartam, Monasterium da Paraiba. Quod si aliqua

qua progressu temporis de novo fuerint extructa, Capitulum generale Prouincia audit, locum eis concedet.

¶ Omnia hec Monasteria ex quibus Prouincia conflatur, regantur per Prouinciale, & Abbates triennales. Quorum electio fiat in Capitulo generali, vel ex commissione illius, per Reuerendissimum, Difinitores, ac Visitatores. Semel autem electi per triennium perseuerent in officijs suis, quod a die possessionis incipiat computari: triennio autem transacto, gubernent sub titulo Praesidentium, quo usque alij nouiter electi possessionem accipient.

¶ Statuimus, ut Prouincialis non sit Abbas alicuius domus particularis, Pontificalia tamen ex concessione, & speciali privilegio poterit sicut Abbas exercere. Et in Monasterio da Bahia procuret frequentius comitorari, & existere.

4. Bis in triennio Prouinciam cum Socio suo personaliter visitet, & quoties etiam fuerit necesse, Monasterium aliquod speciale. Quod si legitime fuerit impeditus, Visitationem poterit committere, prout potest Reuerendissimus.

5. Si Prouincialis obierit, Abbas da Bahia toti Prouinciae praesit, istoque forsitan deficiente, Abbas de Parnambuco. Precipimus tamen quod in supradicto euentu per duplum viam in primis nauigis quae occurserint, Reuerendissimus admoneatur, quod veteris illorum, qui Praesidens fuerit in virtute sanctae Obedientie, & sub pena Excommunicationis ipso facto obseruare teneatur.

6. Prouincialis, qui finito triennio regiminis sui, syndicatuque illius expleto ad Regnum redierit, in primo Capitulo generali post aduentum suum, vocem actiuam habebit, locumq; infra Doctores.

7. Prouincialis verò de novo electus cum Socio suo de Prouinciali anteacto, premisso testium iuramento, syndicabit, actaque syndicatus, seu residentia huiusmodi ad Reuerendissimum transf.

mittet.

¶ **CAPUT**
sup

CAPV T II.

De Abbatibus Prouincie.

1. **S**TATUIMUS PRIMÒ CIRCA ELECTIONES ABBATUM, VT PROVINCIALIS SINGULIS SALTEM ANNIS DE TOTA PROUINCIA, & ABBATES DE SINGULIS MONACHIS MONASTERIORUM FUORUM REUERENDISSIMUM ADMONEANT, CERTIOREM IPSUM FACIENTES DE QUALITATIBUS, MERITIS, GENIO, & PROCESSU, SEU VITÆ RATIONE CUIUSQUE, VT AD ELECTIONES FACIENDAS SUFFICIENS POSSIT HABERI NOTITIA.

2. ELECTIONES AUTEM TÙM PROVINCIALIS, & SOCIJ IPSIUS, TÙM ETIAM ABBATUM FIANT IN CAPITULO GENERALI, AUT EX COMMISSIONE ILLIUS A REUERENDISSIMO, DIFFINITORIBUS, AC VISITATORIBUS. TRIENNIVM VERÒ ELECTORUM INCIPET COMPUTARI A DIE POSSESSIONIS SUÆ.

3. TRIENNIUO SUO EXPLETO, QUANDÌU ABBATES DE NOVO ELECTI POSSESSIONEM NON ACCEPERINT, SUB TITULO PRÆSIDENTIUM MONASTERIA SICUT ANTEA IN SPIRITUALIBUS, AC TEMPORALIBUS GUBERNENT. IDEMQUE DE PROVINCIALI STATUIMUS.

4. SI Abbas electus possessione accepta obierit, Prior præfideat, statim tamen in virtute sancte obedientiae, & sub pena excommunicationis ipso facto Patre Provinciali admonebit per duplēm viam in primis nauigijs quæ occurrerint, qui Provincialis cum Abbe, & Consiliarijs illius domus in qua nuntium acceperit, Præsidentem pro domo viduata eliget, statimque similitè sub prædictis præcepto, & censura Reuverendissimum certiorem faciat de obitu Abbatis, vt alterum loco ipsius eligit cum Diffinitoribus, ac Visitatoribus.

5. ABBATES, & MONACHI POTERUNT A SENTENTIJS PROVINCIALIS, PER MODUM QUERELLÆ REUERENDISSIMI IUDICIJ IMPLORARE. CASUS AUTEM IMPLORATIONIS ERUNT. †PRIUATIO, AUT SUSPENSIO ABBATIS, VEL PRÆSIDÉTIS, VEL SOCIJ PROVINCIALIS. †PRIUATIO PRIORIS, †PRIUATIO VOCIS ACTIUS, AUT PASSIUS CUIUSCUNQUE MONACHI. †PENA CARCERIS, NERUI, AUT RE CLUSIONIS SI ULTRA 2, MENSES EXTÉDATUR. †PRIUATIO LECTORIS, AUT PRÆDICATORIS. PORRÒ SI CASUS GRAUIS SCANDALI OCCURRAT, NON OBSTANTE IMPLORATIONE, POTERIT PROVINCIALIS SUB PRÆTEXTU, & COLORE MUTATIONIS, SEU TRANSMIGRATIONIS IN ALIUM LOCUM,

Prælatum seu Monachum mutare , ipseque mutatus *sub virtute sancte Obedientie, & sub poena Excommunicationis* obedire tenebitur ; statim tamen Prouincialis Reuerendissimum certorem faciet per duplum viam in primis nauigij , quæ occurrerint , cum processu culparum authenticè transcripto , & subsignato , quod *in virtute sancte Obedientie, & sub poena Excommunicationis ipso factō* obseruet .

6. Caeant autem Prouinciales *sub virtute sancte Obedientie, & sub poena Excommunicationis ipso factō* , nē malitio lē trāsmigrationum illarum licentia abutantur , sed omnia prudentēr , cum debito charitatis ordine agant , ac disponant , alioquin grauitēr in syndicatu suo puniantur .

7. Præcipimus ut Abbates de re familiari suorum Monasteriorum , de facultatibus , terris , grangijs , possessionibus , de conseruatione , & agricultura illarum specialem curam habeant : bubiliaq; ac boues fecundas , cū hæ ad immobilia bona reducantur , non poterunt pro libito vendere , mactare , aut quoquis modo alienare , sed de consilio , & assensu Consultorum circa hæc disponant , conseruatione omnium , quæ à prædecessoribus suis inuenierint , non dissipationi consulant , alioquin grauiter in Vistationibus plectantur .

CAPVT III.

De Monachis Prouincie.

1. **S**TATUIMUS , vt Prouincia multitudine Monachorum minime grauetur .

2. Nouitij in ea non recipientur absque licentia Reuerendissimi *in virtute sancte Obedientie, & sub poena Excommunicationis ipso factō* . Qualitates illorum suprà designauimus . Inquisitione verò vel in Regno approbetur , vel ex commissione Reuerendissimi à Prouinciali , seu illo absente , ab Abbatे , & quatuor Monachis ex senioribus illius Monasterij in quo Nouitius recipiendus est .

+ Quod si aliqua occurrat occasio utilis , ac Religioni accommoda , personæ habilis , & cui merita suffragantur , Prouincialis

cialis de consensu Abbatis, & aliorum trium ex senioribus Monachis illius domus, in qua Nouitius recipiendus est, præmissa inquisitione, & ab illis approbata, personam prædictam poterit recipere. In virtute tamen sanctæ Obedientie, & sub pena Excommunicationis ipso facto per duplēcēm viam, ut supra, statim de Nouitio recepto Reuerendissimum certiorem faciat.

3. Iuniores quæ supra statuta sunt obseruent: & in eis Ordinandis seruent Prælati quæ supra decreuimus, sub eisdem pœnis, ac præceptis.

4. Cursus Philosophiæ cùm sufficiens fuerit numerus auditorum, ex prudenti arbitrio Prouincialis pēdeat, Lectorēmq; designet, aut à Reuerendissimo postulet.

5. Confessarij antequam Ordinario præsententur, à tribus Monachis ex sapientioribus, & grauioribus ab Abbe desig-nandis, coram Consiliarijs seriò examinentur, & à duobus saltē approbentur, cæteraque fiant, ut supra capite de Confessarijs, super quo Prouincialis in suis Visitationibus specialiter interroget, curetque maximè ne inhabiles, & inepti approbentur, & ministerium illud exerceant.

6. Prædicatoribus indulgemus dimidiam partem eleemosynarum Concionum, cum benedictione Prælatorum in libris emendis, & alijs religiosis necessitatibus expendendam. Prædicatores autem ad concionandum quoad fieri possit sociati exeant.

7. Ut autem largitiones, & alia negotiaciones euitentur, præcipimus in viriute sanctæ Obedientie singulis Monachis in Prouincia commorantibus, siue Prouincialis, seu Abbates, aut subditi sint, nè munera aliqua, quæ grauis sint pretij, & valoris negotiandi, seu subornandi animo, & intentione ad Monachum aliquem cuiuscunque dignitatis sit in Regno commorantem transmittere præsumant.

8. Monachi in Regno profssi, qui ad Prouinciam transmittuntur, transactis sex annis, cum licentia Reuerendissimi poterunt redire. Definitiones alias, & consuetudines Prouinciarum permittimus donec Capitulum generale aliter disponat.

CONSTITUTIO VIII.**De Pœnis specialibus aliquorum
criminum.****CAPV T I.****De Carcere Conuentuali.**

S. Bern. V M vix fieri possit in communitatibus quantumuis ad pietatem instructis, & optimis legibus gubernatis, vt aliqui à suæ Professionis obseruantia aliquandò non deficiant: ideo sicut salutaribus Prælatorum monitis, ita & debitibus eorum obiurgationibus, & pœnis (vbi opus sit) Regulæ disciplina tuenda est. Impunitas & enim incuria soboles, iusolentia mater, impudicitia radix, & transgressionum nutrix esse solet. Oportet igitur alias pœnas decernere, vt secundum culpe modum salutaris pœna delinquentibus inferatur.

B C Abba- Quoniam verò grauiores culpe sub carceris custodia pœnis meritis soluende sunt, præcipimus vt in quolibet Conventu peculiaris locus ex Iure sit carceri deputatus, vndique munitus, ac tutus, non ita tamen inhumanus vt Monachorum salus spiritualis, vel corporalis periclitetur.

ges. 18. q. 2. 3. Præcipimus vt in carcere sint instrumenta necessaria ad pœnam delinquentium, neruus scilicet ligneus, manicæ, compedes, & vincula, Visitatoresque teneantur sue Visitationis tempore carcerem visitare, & prouidere vt hæc Constitutio exequutioni mandetur.

4. Cum autem uno è tribus modis aliquis in carcere possit constitui; Primò nempè ad custodiam ne aufugiat, Secundò, in pœnam delicti commissi: tertio, Compeditus existens in neruo.

Statui-

Statuimus circa primum, quod si propter culpam grauem de fuga alicuius Monachi timeatur, secundum doctrinam Tridentini carceri possit mancipari ad custodiā, nē fortè fugiendo iudicium illudatur, facta. ^a prius summaria informatione, si per tempus licuerit; vel in propria cellula Monachus recludatur, si id conuenientius Pralatus iudicauerit.

^a Trid. ref. 25
c. 5. de Ref.

5. Secundò, circa eos qui in carcere coniunctur in pœnam delicti commissi, volumus ut Horis diurnis, atque nocturnis Chorum, actusque Conuentuales Capituli, & Refectorij frequentent, nē detenti in carcere, otio torpescant: Reliquo verò tempore intra carcere sint inclusi.

† Idemque seruetur si aliquis in propria cellula vice carceris recludatur, nisi Pralatus oppositum fieri, ob speciale aliquam rationem, iudicet magis expedire.

6. Tertiò. Circa eos qui in carcere compediti in Nero existunt, vel vinculis alligati, statuimus, ut coram Conuentum non appareant, nisi in Capitulo ad flagela sustinenda, aut nisi in his Constitutionibus aliud sortè specialiter mandetur.

7. Statuimus denique ut incarcerati, & compedici, iuxta sanctam Regulam, post Conuentum reficiant, nemo item cum eis, neque cum incarceratis, aut reclusis colloquatur, vel mandatum eis dirigat absque licentia Abbatis: seniores tamen fratres qui eos consolentur, in carcere ingrediendi licentiam Abbas concedat. Quod si aliquis secùs fecerit, similem, secundum sanctam Regulam, pœnam sortiatur.

8. Si autem aliquis ex incarceratis, aut reclusis, à carcere, aut reclusione exire, vel per Monasterium vagare præsumperit, grauiori disciplina subiaceat.

9. Quoniam verò supplicij exequutio à peccati relapsi maximè refranat; præcipimus Pralatis sub semestri suspensione ab officijs suis, ut penas delinquentium in Senteatijs illorum impositas exequi præcipiant, in eisque minimè dispensem. Custodi autem carceris districtè præcipimus, ut omnia, ac singula diebus singulis exequenda, In virtute sancte Obedientie, & sub pena Talionis, exequutioni mandet, & obseruet.

CAPVT II.***De Pœnis præcepta Diuina violantium.***

1. Si quis in Visitationibus , aut alia quavis inquisitione iuridica coniunctus fuerit de malitia periurij, veritatem celans , aut negans quam tenebatur reuelare ; tribus mensibus carceri mancipetur cum flagellationibus, & ieunijs , Ferijs sextis temporis prædicti ; Insuperque ad testimonium ferendum non vocetur usque ad dispensationem Capituli generalis.

2. Si quis autem fuerit coniunctus de periurio contra iustitiam commissio, falsum scilicet testimonium contra aliquem dicendo cum iuramento in Iudicio, ultra prædictam pœnam, pœnam Talionis sustineat, voceque actiua, ac passiuia careat usque ad dispensationem Capituli generalis.

3. Qui verò extra Iudicium , ac sine iuramento falsum testimonium contra aliquem dixerit in re, quæ sit peccatum mortale, vel grauiter eius honorem lèdat, prædictæ pœna Talionis, & prædictæ carentiæ vocis actiue, & passiuæ subiaceat.

4. Si quis suadente Diabolo , manus violentas in Prælatum suum iniecerit, quem tanquam Patrem tenetur reuereri, cùm iniuria quæ Superiori fit séper atrox in Iure reputetur, præcipimus ut per triennium in neruo compeditus existat cum ieunijs in pane, & aqua, flagellationibusque nudo tergore in Capitulo Ferijs sextis prædicti triennij. Postquam verò à neruo exierit, ab Ordinibus sacris , seu ab executione illorum (si quos habuerit) ad arbitrium Iudicis suspendatur ; si verò Ordinibus careat, ad eos non poterit ascendere usque ad dispensationem Capituli generalis.

5. Si quis verò Superiorem suum vulnerare non vereatur, in neruo compeditus existat per triplex triennium cum ieunijs, & flagellationibus, vt supra. Et postquam à carcere fuerit egressus, sine Cuculla , & sine Monachali corona , cum scapulari rautūm sine Capicio incedat ultimus in Conuentu etiam post

Noui-

Nouitios, ab Ordinibusque ſuceptis deponatur, vel eos non
fufcipiat ad arbitrium vſque Capituli generalis.

6. Si qui per coniurationem, vel conſpirationem, vel mali-
tiosam concordiam in Superiorē ſuum manifeſtē ſe exerent, &
de malitia, ac falſitate conſtiterit, à Generali tanquam legitimo
Iudice per tres ſaltem menses carceri mancipentur cum
ieiunijs in pane, & aqua, & flagellationibus nudo dorſo in Capi-
tulo Ferijs ſextis illius temporis, voceque actiua, & paſſiuā per
triennium careant.

7. Similiter etiam ſi coniuratio fiat contra particularem
Monachum, ad arbitrium Iudicis taliter Coniurantes punian-
tur iuxta circumſtantias occurrentes,

8. Si quis literas Superioris falſificauerit, vel ſignum eius
adulterauerit, à Ministerio Altaris deponatur, vel ab Ordinibus
fufciendis priuetur pro aliquo tempore arbitrio Iudicis de-
signando, voceque actiua, & paſſiuā per duplex triennium ca-
reat, per duplēm menſem Ferijs ſextis flagelletur nudo ter-
gore, & ieiunet eisdem diebus in pane, & aqua, atque tandem
instrumentis ad ſcribendum priuetur.

9. Eandem pœnam depositionis, vel priuationis Ordinum,
carentia vocis actiua, & paſſiuā, flagella, ac ieiunia fuf-
neat, qui prædictas Superioris literas aperuerit, & ſecreta il-
latum reuelauerit, Secretarius verò ſi id fecerit, officio ſuo pri-
uetur.

[†] Qui verò ſimpliciter tantum aperuerit, ad arbitrium
Iudicis puniatur.

10. Porrò ſi aliquis ſecreta Religionis, Conuentus, aut Cō-
ſilijs, quæ in daninum, & perniciem ipius vergant, extraneis per-
fonis reuelauerit, iuxta arbitrium Iudicis, conſiderata grauitate
& qualitate materiæ, pœna carceris, ieiunijs, & flagellationibus
grauiſter pleatatur.

11. Detractores, vel murmuratores ieiunijs, & flagellis
emendentur; ſimiliter etiam verbis iniuriosis, vel honorem læ-
dentibus alios dehonestantes.

§.

12. Si quis leuiter manus violentas in Monachum subdi-
tum inieccerit, tribus mensibus carceri mancipetur à Prælato
cum flagellationibus nudo tergore Ferijs ſextis prædicti tem-
poris.

poris; quid si eum vulnerauerit cum effusione sanguinis, aut graui, & enormi laſione, tribus mensibus in neruum coniiciatur, & alijs tribus in carcere existat, cum ieiunijs, & flagellationibus modo quo ſuprā Ferijs sextis prædicti temporis. Huiusmodi autem pena ſecundūm grauitatem, aut qualitatem laſionis poterit augeri, aut aliquantulum remitti.

13. Si quis intra ſepta Monasterij absque licentia Abbatis ſui arma habere præſumpferit, cum in penam Excommunicationis in Iure poſitam ipſo factō incurrat, præcipimus ut per duos menses in carcerem coniiciatur cum ieiunijs, & flagellationibus Ferijs sextis, ut ſuprā.

14. Prælati autem qui temerè intra cellulam ſuam, ſeu ſeum arma ferre intra Monasterij ſepta temerè præſumpferit, per duos menses ſuspendatur. Ad defenſionem verò domus ar- ma aliqua ſub potestate Cellerarij clauſa eſſe poterunt.

15. Præcipimus in virtute sancte Obedientie, ne Monachorum aliquis epistolam alteri Monacho Ordinis nostri destina- tam rapiat, aut resignet, neque item infamatoriam ſcribat, & ad Monachorum aliquem dirigat, alioquin, ſi fecūs fecerit, grauiter puniatur.

16. Si quis furtum aliquod graue ſemel commiſſerit, ad arbitrium Iudicis penam nerui ſultineat cum flagellationibus, & ieiunijs Ferijs sextis, iuxta qualitatem culpe, & materia graui- tatem, priuetur que à quolibet officio honorifico quod habuerit, voceque actiua, & paſſiua per triennium careat.

† Si autem non emendauerit, & ſecundò furtum commiſſerit, ultra prædictas penas, vltius in Conuentu ſemper incedat corona Monachali priuatus.

17. Si quis claves adulterinas, vel quodus aliud instrumen- tum habuerit, quo vel quibus ianuæ Conuentus, vel Officinarum, vel aliquid ad Monasterium, ſeu Monachum pertinens, aperire poſſit, ut multiplicium peccatorum occasio præſcindatur, volu- mus quod in ſententiam Excommunicationis ipſi factō incident, & in carcerem per annum detrudatur cum flagellationibus, & ieiunijs (ut ſuprā) Ferijs sextis.

18. Si aliquis simoniacè in Religionem aliquem receperit, vterque recipiens, ſcilicet & receptus ipſi Iure in Excommuni- cationem

cationem incident, & insuper ab executione Ordinum suspen-
dantur, alijsque ad arbitrium Iudicis feriantur penit.

19. Si quis in ebrietatem semel prolabatur 30. dierum spa-
tio a vino abstineat: si verò non emendauerit, à Communione
sacra submoueatur ad arbitrium Iudicis: aquam perpetuò bi-
bat, ad egrediēdumq; à Monasterio non concedatur ei licentia.

CAPUT III.

De Pœna subornantium.

1. **V**T omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, ca-
ueant Monachi a subornationibus, procreationibusve
suffragiorum eligentium, tam pro se ipsis, quam pro alijs tum in
generalibus Capitulis, tum in alijs quibuscunque Congregatio-
nibus, ne huiusmodi clandestinis negotiationibus indigni al-
iquando, seu minus digni dignioribus præferantur. Vnde præ-
cipimus in virtute sanctæ Obedientie, & sub pœna Excommuni-
cationis ipso factio incurrende omnibus Monachis Congregatio-
nis nostra tam subditis, quam Prælatis cuiuscunque gradus, &
dignitatis existant, secundum Constitutionem Pij V. & aliorum
Suorum Pontificum, ut neque in Capitulo generali, neque
ante illud per sex menses pro se, vel pro alio subornare audeat,
suadentes alicui ex electoribus per se, vel per interpositam per-
sonam subornando, ut sibi, vel alteri suffragium ferat, aut neget,
ad munus Generalis, Abbatis, Diffinitoris, Visitatoris, Socij,
atque Secretarij Reuerendissimi, Relatoris, aut Iudicium inha-
bilitatum consequendum.

2. Volumus præterea ut omnia prædicta in electionibus in-
termedij obseruentur sub eisdem præcepto, & censura.

3. Porro si aliquis coniunctus fuerit de subornatione intra
prædictum tempus facta, & in prædictam censuram inciderit,
volumus ut duobus mensibus in neruo compeditus existat, &
per unum mensem in carcere reclusus, cum flagellationibus,
& ieunijs, ut supra Ferijs sextis, & postquam a carcere exierit,
ultimo in Conventu per mensem incedat, voceque actua, ac
passiu per triennium careat, & ab officio suo Abbatis, Diffini-
toris,

toris, Visitatoris, Socij, aut Secretarij (si quod ex his habuerit) priuetur.

4. Si verò aliquis extra Capitulum, aut ante sex menses celebrationis illius, vel ante tempora alicuius alterius electionis intermediae aliquem prædicto modo subornauerit, & de subornatione fuerit conuictus, volumus quod per duos menses carceris penam sustineat, voceque actiuia, & passiuia per triennium careat.

5. Si quis denique ad officium obtainendum quorumvis favorem extra Religionem procurauerit, ad illud inhabilis censatur, & per mensum carceri mancipetur.

6. Ut autem subornatores puniri possint tanquam boni communis hostes, & aduersarij, & eorum negotiationes retegi, atq; legitimè indicari, præcipimus singulis Monachis cuiuscumq;

Sup. n. i. dignitatis, & gradus sint sub^x prædictis precepto, & censura, ut sciētes aliquē prædicto modo subornasse, cundē nuncient personis lib. i. harū Cōst. designatis, antequam ad electionē procedatur: ita ut subornationes quæ post Capitulum generale usque ad primam Visitationem Reuerendissimi fuerint factæ, ipſi in eādem Visitatione reuelentur; ipseque eos ut suprà puniat. Quæ autem fuerint commissæ post primam Visitationem Reuerendissimi usque ad Visitationem Visitatorum, in eādem Visitatione denuncientur. Quæ denique tertio factæ fuerint post Visitationem Visitatorum usque ad ultimam, & tertiam triennij, in eādem similiter Visitatione tertia propalentur. Ultimò tandem subornationes quæ fuerint commissæ ab ista ultima Visitatione usque ad Capitulum generale, vel tempore celebrationis illius, denuncientur tribus Iudicibus suprà^x designatis. Similiter etiam subornationes quæ in electionibus intermedijs acciderint, personis ibidem deputatis declarentur.

E. B. I. C. 5. - B. 2. cap. 7. 7. Præcipimus denique ut tum prima die Capituli generalis, tum etiam paucis ante horis in electionibus intermedijs, censura sub hac forma à Reuerendissimo, seu electionum Praesidente, subsignata feratur, figurisque à Secretario praeforibus Capituli.

† Nos Frater N. Generalis huius nostræ Congregationis Benedictinæ, cupientes quod electiones faciende pure, & sincere fiant, omnes Monachos Congregationis nostræ admonemus in Domino

mino ad electiones in presentiarum celebrandas ex vi nostrarum Constitutionum sub precepto virtutis sanctæ Obedientie, & suæ pœna Excommunicationis ipso facto subornare in fauorem sui, vel aliorum, aut alia illicita agere non posse, nec non id scientes, subornatores reuelare teneri; unde iuxta prædictas Constitutiones, protestatimque nobis concessam, præcipimus sub precepto virtutis sanctæ Obedientie, & sub pœna Excommunicationis ipso facto incurrente singulis quibusque Monachis in hoc Monasterio existentibus, ut omnes qui nouerint subornationes aliquas factas ad electiones nunc temporis faciendas, que iuxta dispositionem, & ordinem nostrarum Constitutionum presenti tempore debeant denunciari, eas subornatoresque reuelent coram Iudicibus competentibus ante quam Electiones ipsæ celebrentur. Pro tribus autem Canonis admonitionibus tres horas immediate quamlibet electionem antecedentes assignamus. Datis tali loco, tali die, &c.

8. Huiusmodi autem præceptum, & censura volumus quod in suo vigore permaneat vique altiam electionem faciendam, quauis Generalis, vel quilibet alias Præsidens eam ferens suū munus deponat, aut alia quavis ratione desinat esse.

CAPVT IIII.

De Pœna incorrigibiliu[m].

1. **S**tatuimus, vt Monachus ille qui ter, aut sibi à Religione aufergerit, vel etiam qui sapè sibi admonitus, & seuerè punitus propter grauia peccata quæ commisit, ea tamen non desistit perpetrare, neque timet admittere, pœnasque recusat ferre, & ex earum sibi repetita inflictione cognoscitur non proficere, adhibita etiam pro salute ipsius (iuxta sanctam Regulam) totius Conuentus oratione; si tamen in sua peruvicacia persistens, emendari non vult, talis iste tanquam incorrigibilis, & incurabilis habeatur, per sententiamque in scriptis redactam talis declareretur, & de consortio aliorum tanquam ouis morbi da, ne yniuersum gregem contaminet, carceris reclusioni mancipetur.

2. Licet autem ex Iure communi, & ex auctoritate sanctæ Nn 2 Regu-

Regulae, sacrarumque Religionum vsu huiusmodi incorrigibiles ab Ordine possint expelli, & ejici; admonemus tamen, & præcipimus, vt ad huiusmodi expulsionem decretum sacrae Congregationis Concilij Tridentini, Sanctissimi Domini nostri Vrbani Papæ VIII. iussu editum diligenter obseruetur, cuius tenor est huiusmodi.

§.

De Regularibus ejectis, seu ejciendis.

A C R A Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum Regularium electorum, & fugitiuorum statui consulere, illorumq[ue] scandala summo perè, & sub crescentem numerum frangere opera & pretium existimans, auditis Religionum Superioribus, reg[is] diligentissime per pensa, communicato etiam Concilio cum S.D.N. Vrbano VIII. atque ex peculiari Sanitatis sue facultate infra scripta decreta edidit.

Et paucis interiectis, addit.

Ad hec statuit, vt in posterum è Religionibus nullus legitimè professus ejici possit, nisi sit verè incorrigibilis: verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solum concurrat ea omnia que ad hoc ex Iuris communis dispositione requiruntur, sublatis hac in parte statutis, & Constitutionibus cuiuscunque Religionis, & Ordinis etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis: verùm etiam unius anni spatio in ieunio, & pœnitentia proberetur in carceribus, proinde q[ue] Religio priuatos habeat carcere in qualibet saltem prouincia. Elapso autem anno, si nihilominus

minus non respuerit sed animo indurato in sua perniciacia perseuerauerit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, & membrū putre ejici tandem possit, sed ab ipsis met Generali tantum, de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in singulis Captulis, vel Congregationibus generalibus, tumq; non nisi instrueto secundum eorum stylum, & Constitutiones processu, & plenè probatis causis expulsionis ad sacrorum Canonum prescriptum.

Sic verò electi quandiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atq; Ordinarij loci iurisdictioni, & obedientiae subsint, proindeq; Generals illicè expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur.

Caterūm sacra Congregatio Religionum Superiores serio admonet, ac per Iesu Christi viscera obtestatur, ut memores paternæ charitatis, & mansuetudinis, quam profiteuntur, nihil intentatum relinquant, ut lucentur animas fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas, antequā grauissimum, atq; extrellum expulsionis remedium expectantur. Idque èd magis quod subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officij immemorium Praelatorum regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus in supremo Dei Iudicio de eorundē Praelatorū manibus sit requisitus.

Præterea statuit, ut ijdem Superiores nemini ex Religiosis expulsis literas testimoniales concedant, illos ad Se- dem Apostolicam reijcientes, vel iubentes aliam ingredi Religionem.

Item ut ejeci extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinariis facultate locorum, dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

Ac postremo censuit esse innouandam, & sue Beatitudinis authoritate innouat Constitutionem fel. rec. Gregorij IX. relatam in c. fin. Extra de Reg. ac præterea declarat eam Constitutionem in ijs quoque vendicare sibi locum, seruandam, esse, qui iuste diffinitiuè, ac Juris ordine seruato, expulsi fuerint, dummodo tamen in expulsis huiusmodi subsit spes euidentis emendationis, ex literis saltem testimonialibus Ordinarij, cuius conscientiam in his literis concedendis sacra Congregatio serio oneravit, &c.

Ne qua vero difficultas in supradictis exequendis suboriatur, sacra Congregatio Sanctissimo Domino nostro annuente, atque approbante, vniuersis Generalibus, Provincialibus, &c. iniungit, serio, mandat, ut illa diligenter obseruent, &c.

Si quis vero ipsorum aduersus ea quoquo modo facere, vel moliri præsumperit, ipso facto pœnam incurrat priuationis omnium officiorum que tunc obtineat, vocisq; actiue, & passiue, ac perpetuae inhabilitatis ad illa in posterum obtainenda, pœnaq; huiusmodi sit Sanctitati sue, ac Sedi Apostolice reseruata, &c.

Non obstantibus quibuscunq;, &c. Datis
Romæ Die 21. Septembris 1624.
C. Card. de Torres.

Locus  sigilli.

Prosper Fagnanus sac. Congr. Secr.

3. In obseruationem igitur prædicti Decreti, præcipimus ut in singulis Capitulis generalibus, sex illi Monachi ex grauioribus elegantur, de quorum consilio, & assensu cum Reuerendissimo pariter verè incorrigibiles possint ab Ordine expelli.

4. Admonemus autem quòd ad hoc vt aliquis verè incorrigibilis secundum prædictum decretum ad effectum expulsoris censeatur, tria conditio requiritur. *Prima*, quòd incorrigibilis sit secundum Iuris communis dispositionem, si nimirum, ter aut sepiùs admonitus, ac punitus, à præteritis criminibus grauibus, aut similibus non desistat, vel si assignatum penitentia locum deserat fugiendo. *Secunda*, quòd per anni spatium in ieiunio, & penitentia probetur in carceribus. *Tertia*, quòd elapsso anno adhuc non resipiscat, sed animo indurato in sua peruicacia perseueret.

5. Admonemus etiam quòd iuxta prædictum decretum renouationemque decretalis Gregorianæ cap. finali de Regulari, iuste etiam eiectos, & expulsos recipiendos esse, dummodò tamen euidens emendationis spes in eis detur, & Monachorum scandalum, seu contaminatio minimè timeatur.

6. Cùm ergo iuxta prædicta aliquis tanquam verè incorrigibilis de assensu prædictorum Patrum fuerit expellendus, præcipimus vt legitimis priùs probationibus de incorrigibilitate conuincatur, & per sententiam iuridicè efformatam, tanquam putre membrum, seu ouis morbida expellatur; denturque ei literæ dimissoriæ, quæ ejectionis sententiam contineant, & in quibus admoneatur se à votis solemnibus solutum non esse, habitusque Clericali induatur, Monachali detra&to, atque præcipiat eī ne in illo incedat, sub aliqua certa poena; expulsionisq; sententiam Ordinario loci, cuius iurisdictioni expulsus deinceps subest, Generalis se illicè notificare (ex prædicto decreto) teneri aduertat.

§.

8. Ad calcem tandem huius Constitutionis aduertendum duximus. *Primò*, quòd cum delicta in multipli sint differentia, singulisque specialis poena difficile constitui possit, Superiorès in iudicandis, ac puniendis, quæ hic suat prætermissa, & malitia passim parturit humana, Canonicis sanctionibus studeant conformari, Religionis item consuetudini, atque poenis alio-

aliorum similium delictorum , ita ut pœna quæ ex arbitrio illorum imponenda est, non ex libera prorsus voluntate, sed ex voluntate iusta profiscatur. Respiciendum namque est iudicantine quam aut durius, aut remissius constituat , quam causa deponscit, nec enim aut severitatis, aut clementiae gloria esse standa est, sed proprio iudicio prout quæque res expostulat statuendum , ita ut pro magnitudine iniquitatis , magnitudo supplicij sit.

¶ Magnitudo autem, aut parvitas expendenda est ex qualitate personæ peccantis, ex aetate, malitia, ignorantia, seu scientia illius, ex qualitate item personæ in quam peccatur, ex damnatio illato , ex circumstantijs scandali, loci, ac temporis peccati commissi, & alijs.

9. Aduertendum secundò duximus ; quod licet Iudex penam Iure constitutam imponere teneatur , ex legitimis tamen causis potest de bono & aequo penam Iure constitutā, vel temperare, vel augere, ut iuxta criminis mensuram sit plagarum modulus. Quando tamen non occurrerint circumstantiæ nimium aggrauantes, aut alleuiantes, volumus quod pœna à lege statuta imponatur.

10. Aduertiimus tandem , ac præcipimus tertiod, quod si Prælati præceptum aliquod graue violauerint specialem penam habens annexam, subditorum statui præcipue conceruentem, ut iuxta culpx, & materiæ gravitatem ad arbitrium Iudicis priuentur, aut suspendantur , ipsique vel alijs penis , secundum mensuram delicti, scandali, & alias circumstantias puniantur.

§.

De Pœna Appellantium.

Circa Appellationes , quæ pacem & Religionis quietem cuartere solent, declaramus primò Monachos appellare non posse à præceptis, penis, sententijs, & castigationibus iuxta Regulum, seu Constitutiones factis, lati, aut impunitis, cum Prælati de reformatis, & corrigendis moribus, de culpisque puniendis agunt.

Secundò

Secundò, quod si aliquis grauari se sentiat, Prælatumque iustitiae punitionis terminos exceedere, ne defensionem forte naturalem negare videamur, per modum querellæ poterit prouocare ab Abbe ad Generalem, à Generali, aut Visitatoribus ad Diffinitorium, iuxta supradicta in casibus ibi assignatis.

12. Ad Tribunalia verò extra Religionem pro euitanda disciplina, & correctione appellare minime licet, tūm iuxta Constitutionem Alexandri III. Quoniam sacrosancta (inquit) Romana Ecclesia huiusmodi Appellationem admittere non consuevit, ne Monachis præbeatas audacia delinquendi, &c. c. cum etiam iuxta Privilegia nobis, vel immediate, vel per communicationem à Summis Pontificibus concessa.

C. De priore
in 2. Decreta
li, collectione
tit. de appell.
c. 3. apud Am-
tonum Au-
gustinum.

13. Quapropter prædictis adhærentes statuimus, & præcipimus in virtute sancta Obedientie, & sub pena Excommunicationis ipso facto incurrende, vt Monachorum nemo ad Superioris quoquaque per modum Appellationis, querelæ, aut simpli- cies defensionis recurrere possit, aut de facto recurrat, nisi hoc ordine gradatim seruato, nulloque medio pratermisso. Ab Abbe ad Generalem, à Generali, seu à Visitatoribus ad Diffinitorium; à Diffinitorio, seu à Iudicibus inhabilitatum tempore Capituli ad ipsum Capitulum: tempore verò electionis intermediae ad ceteros Electores, qui ad electionem ipsam facien- dam fuerint congregati. Quod si aliquis secus fecerit in carceri mancipetur, donec præscriptum ordinem seruerat.

50 + 50

Co. CONSTI

CONSTITUTIO IX.

De Donatis, de modo loquendi, & scribendi,
Constitutionesque istas alterandi.

CAPUT I.

*De Receptione Donatorum, & alijs adeos
spectantibus.*



1. VONIAM domus Dei diuersis indiget ministeris statuimus, ut Fratres laici qui communiter Donati dicuntur, in Monasterijs Ordinis nostri recipientur, præmia inquisitione de genere, de moribus, & vita, & approbatione illius, prout supra libr. 2. fieri præcipitur.

2. Habitus illorum erit tunica ex lana nigrante garigata vulgo nuncupata, scapulare ex sargia, vel stammenia cum capitio ab anteriori parte clausum, & pallium oblongum ex lana prædicta, tondeanturque sine corona Monachali.

3. Quod si aliqua persona grauis inter Fratres laicos velit recipi, prudenti considerationi Reuerendissimi committimus, ut pensatis illius meritis, & nobili qualitate personæ (si merita, & nobilitas id postulent) tunicam nigram, cucullam, & coronam Monachalem ei possit concedere, licet seruitio Chori non destinetur.

4. Recepti huiusmodi Fratres Magistro idoneo commendentur, qui eis sanctam Regalam legat, & explicet, ac cætera omnia, quæ ad statum suum pertinent, & scire oportet eos doceat, ordinariusque illorum Confessarius sit, cum eis Capitulum habeat, eos reprehendat, ac pœnitentijs regularibus puniat.

5. Anno nouitiatus transacto, postquam coram Abbatे, & Conuentu voluntatem perseverandi ter temporibus solitis, iuxta sanctam Regulam explicuerit, fueritque approbatus professionem in Capitulo coram omnibus emmittat.

6. Forma autem professionis hæc erit: *Ego Frater N. natus tali loco promitto coram Deo, & omnibus Sanctis eius obedientiæ, castitatem, & paupertatem secundum sanctam Regulam Beatisſimi Patriarche N. Benedicti, atq[ue] perpetuo dono me huic sue Religioni, in praesentia Reuerendi Pattis Fr. N. huius Monasterij Abbatis, tali die, talis mensis & anni;* & subscribat.

7. Qua profiſſione perlecta, genuſtatur profiſſus coram Abbatे, & Missale quod Abbas apertum habebit in manib[us] deſculetur, & chartam Profiſſionis in eo deponat.

Deinde proſternat ſe in medio Capituli, omniq[ue] Conuentu genuflexo, Cantor primus, & ſecundus, in medio item genuflexi incipiant Litaniam intonatam, quæ in Profiſſione Monachorū Choristarū cantari ſolet. Et in fine dicat Abbas Versus, & Orationes, quæ poſt illam in Proceſſionario habentur. *Deus indulgentia, &c. Deus qui per coeternum, &c. Domine Iesu, &c. Sancte Spiritus, &c.* Quibus finitis eum benedicat dicens: *Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendant, & maneat super te ſemper.* Resp. *Amen.* furgat tunc profiſſus, & manum Abbatis deſculetur, & ceteros Monachos amplexetur,

8. Donati ad nullam electionem vocem actiuam, aut paſſiuam habebunt; neque ad emphyteuſum confeſſionem, aliasvè ſcripturas ſubſignandas vocabuntur. Ordinibus nullatenus initientur, nec Reuerendissimus, aut Prælati opoſitum facere au-deant, & præſumant.

9. In ministerijs temporalibus occurentur, Officialium coadiutores ſint, Dispensatores, Refectorarij, ſocij ſeruū, cimbala pūlſent, & in alijs huiusmodi, tūm intra, tūm extra Monasterium diligenter, & obedienteſeruant.

§.

De Preſibus à Donatis recitandis.

10. **Q**uamuis Donati ad Horas Officij diuini non teneātur, ſtatuimus tamen, ut aliquid illarum loco reci-tent. Pro Matutinis igitur dicto Versu, *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam, & Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me festina.* Gloria Patri,

Patri, & Filio, & Spiritui Sancto; Sicut erat in principio, & nunc
 & semper, & in secula seculorum, Amen. Alleluya, & à Septuaginta
 usque ad Pascha, Laus tibi Domine Rex eterne glorie
 recitent quindecim vicibus, Pater noster, & Ave Maria, & in
 fine cuiusque dicant Versum Gloria Patri, & Filio, &c.

11. Pro Laudibus recitent quinque Pater noster, & Ave
 Maria. Et in fine cuiusque Versum Gloria Patri, &c. De-
 inde dicant Versum; Domine exaudi orationem meam. Resp. Et
 clamor meus ad te veniat. Orémus. Actiones nostras quas sumus
 Domine, aspirando praeueni, & adiuuando prosequere, ut cuncta
 nostra Oratio, & operatio à te semper incipiat & per te capta
 fi-
 niatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Vers. Fidelium
 anima per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen. Ultimo
 tandem pro commemoratione S.P.N. Benedicti recitent Pater
 noster, & Ave Maria.

12. Pro Prima dicto Versu. Deus in adiutorium, &c. dicāt
 ter Pater, & Ave Maria, cum Gloria Patri, &c. in fine cuius-
 que, deinde dicāt Credo, & Confessionem generalem, eaque finita
 Versum, Dignare Domine die isto, sine peccato nos custodire. Vers.
 Domine exaudi orationem meam, &c. Orémus. Actiones nostras
 quas sumus Domine, &c. vt supra.

13. Pro Tertia, similiter etiam, pro Sexta, & Nona dicto
 Versu Deus in adiutorium, &c. dicant pro singulis Horis pre-
 dictis ter Pater noster, & Ave Maria, cum Gloria Patri, &c. in
 fine cuiusque, deinde Vers. Domine exaudi orationem meam, &c.
 Orémus. Actiones nostras, &c. vt supra.

14. Pro Vesperis dicto Versu, Deus in adiutorium, &c. di-
 cant septies Pater noster, & Ave Maria, & cetera vt supra in
 alijs Horis. In honorem autem, & pro commemoratione S.P.
 N. Benedicti dicant Pater noster, & Ave Maria, vt in Laudib.

15. Pro Completorio, dicant primò Confessionem gene-
 ralem, deinde Vers. Converte nos Deus salutaris noster, & auerte
 iram tuam à nobis. Deus in adiutorium, &c. quinque poste à
 Pater noster, & Ave Maria, Credo in Deum, &c. Vers. Dignare
 Domine nocte ista sine peccato nos custodire. Vers. Domine exaudi
 orationem meam, &c. cum Oratione, vt supra, & in fine dicant
 Antiphonam Salve Regina, &c. Vers. Ora pro nobis sancta Deige-
 nitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Orémus.
 Beatz

BEATÆ, & gloriōsæ, semperque Virginis Mariae, quæsumus Domine, intercessio gloriōsa nos protegat, & ad vitam perducat æternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

16. Omnis Ferijs secundis, quartis, & sextis recitent pro Fratribus, & Benefactoribus Defunctis septies *Pater noster, & Ave Maria*, & in fine cuiusque. Vers. *Requiem æternam dona eis Domine, Et lux perpetua luceat eis.*

C A P V T II.

De modo loquendi, & scribendi.

1. **C**VM ex sancta Regula habeatur quomodo Abbas, & Cap: 53 Monachi vocari debeant, illi adhaerentes circa nuncupationes, ac titulos, ut in omnibus debitus seruetur ordo, hæc statuere libet.

2. Primò, qui actualiter Generalis est, Reuerendissimi Patris nostri, ac Reuerendissimæ Paternitatis titulo voce, & scriptis decoretur.

3. Qui Generales fuere Reuerendi admodum Patris nostri, Reuerendæque Paternitatis nuncupatione gaudent.

4. Abbates actuales Domini Abbates, iuxta sanctam Regulam vocentur: & Paternitatis titulum habeant, atque à subditis suis, *nostri Patres* nuncupentur.

5. Diffinitores, Visitatores, Doctores, Socins, & Secretarius Reuerendissimi, Professores Academæ, Prædicatores generales, Magistri Nouitiorum, Lectoresque emeriti, Paternitatis titulo appellantur, similiter etiam Commissarij Reuerendissimi, & substituti Diffinitorum, aut Visitatorum, quandiu vices illorū egerint inter se. Quod si aliqui ex prædictis simul alicubi concurrant, seruent inter se ordinem sedendi in Capitulo generali.

6. Cæteri Monachi qui Sacerdotes profssi fuerint, Patres, & Reuerentia titulo vocentur; qui non fuerint Sacerdotes, vel Sacerdotes Nouitij extiterint, Fratres appellantur, & vestræ charitatis titulo condecorentur.

7. Idem quoque in scriptis, seu epistolis seruetur. Qui vero hic statuta non seruauerint, aut aliter fecerint, disciplina regulare subiaceant.

CAPV T

C A P V T III.

De modo alterandi Constitutiones istas.

1. **V**od attinet ad abrogationem harum Constitutionū, cum leges, firmæ esse debeat, ac stabiles, nec facile mutandæ, statuimus, ut nulla constitutio h̄c à nobis sancta abrogari possit, nisi in tribus Capitulis generalibus cunctis suffragantibus, per phaseolos albos, ac nigros, è tribus vocalium partibus dux saltem partes in abrogationem alicuius Constitutionis consentiant, & concurrant.

2. Similiter etiam ut aliqua noua Constitutio his addatur, que Constitutionis vim, & stabilitatem obtineat prædictus ordin seruetur. Quod si secundus fiat, neque Constitutionis factæ abrogatio, neque nouæ additio nullius sint roboris, aut vigoris.

3. Ad dispensandum verò in aliquo casu singulari, cum aliqua singulari persona major pars Capituli generalis sufficiet. Præcipimus autem ut dispensationes minime fiant, si intercedat præiudicium tertij, alioquin irritæ sint.

4. Major item pars Vocalium sufficiet, ut aliqua noua diffinitio fiat, Diffinitiones autem huiusmodi volumus quod ab uno Capitulo usque ad alterum tantum perennent, nisi de novo à maiori similiter parte confirmentur.

5. Quoniam verò ignorantia legum, & obliuio excusationis solet esse velamen, præcipimus ut Constitutiones has, diffinitionesque Capituli generalis singulis ternis mensibus in Refectorio coram Conventu publicè legantur, ita ut ab omnibus audiri, ac percipi possint. Omnes autem Constitutiones alias, diffinitiones, ceremonias, præcepta, poenas, & censuras, quæ à nobis h̄c statutis, ordinatis, sanctis, & impositis quoquo modo aduersantur, abrogamus, & irritamus, volentes quod sole Constitutiones istæ obseruentur, cum præceptis, quæ in illis, & prout in illis imponuntur, mandantesque ut illarum confirmatio à Se de Apostolica quamprimum procuretur, & consequatur.

6. Si autem aliqua forte contra vel preter ius commune, statuta inueniantur (licet decreta sacrorum Canonum, sacriique Conciliorum)

Concilio Tridentini, præ oculis semper habuimus) Sanctitatem suam humiliter precamur, ut à nobis statuta, iuxta mores, ac tempora, & secundum quod exigit regimen Monasticum intra priuatost parietes Monasterij, ac Religionis exercendum, de benignitate Sedis Apostolicæ, de plenitudine potestatis, & authoritate ipsius, defectus omnes Iuris, aut facti supplendo, dignetur confirmare, & approbare.

5.

7. Cum autem obligatio legis promulgationem prærequisitat, nos predicti, & infra scripti Deputati Reuerendiissimum P. Generalem obsecramus, ut Constitutiones has, Ceremonias, & Pausas à nobis reuisas, & correctas, iuxta commissionem præcedentis Capituli generalis, citius quoad fieri possit, typis mandare curet, ac per Monasteria Congregationis, Brasiliensemque Provinciam promulgare, ut transacto certo temporis termino in proprio suo diplomate designando, Constitutiones, & cætera omnia prædictæ, à nobis reuisa, bene expensa, & considerata, sub paenit, & præceptis in illis impositis obseruentur, atque secundum illa de verbo ad verbum à nobis auditæ, & approbata Ordo noster deinceps regatur, & gubernetur. Ita decernimus, volumus, & statuimus nomine nostro, nomine item Capituli generalis, cuius vicem gerimus, totiusque Congregationis, in eius fidem libenter subscribimus in hoc Monasterio S. Martini Tibaniensis anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo octavo decimo die Septembri.

Auctor: p. j. r. t. m. 1712
recte: p. j. r. t. m. 1712
anno ob modis alius missus est ob obitum eum 1712. In aliis
eiusmodi sunt etiam obitum eius ob obitum eum 1712. In aliis sunt
obitum eius ob obitum eum 1712. In aliis sunt

Declaramus Magistros in sacra Theologia, qui hactenùs ad Capitulum generale venire consueuerunt, Vocales esse in eo quoad vixerint; Procuratores item Curiales vocem habituros in Capitulo proximo.

Declar-

Declaramus secundò, & volumus quòd pensiones solite, contributiones pecuniae, applicationes, & expensiones illius, ac cetera huiusmodi, quæ vel ad Congregationem, vel ad Monasteria, seu loca Ordinis quoquo modo pertinent, omnia in statu quo haec tenus erant, perseverent usque ad Capitulum generale proxime celebrandum, in quo de singulis predicitis tractetur, & quid agendum sit decernatur.

*M. Fr. Leo à Sancto Thoma
Generalis S. Benedicti.*

**Fr. Paulus ab Spiritu Sancto
D. Abbas S. Benedicti Oly-
siponensis.**

**Fr. Antonius Ribeiro D. Ab-
bas S. Matia Palumben-
sis.**

**Fr. Antonius à Regibus olim
Generalis.**

**Fr. Iacobus de Carualho elec-
tus vice R. P. Fr. Antonij
à Regibus aliquandiù ab-
sentis.**

**Fr. Martinus D. Abbas S. Be-
nedicti Portucallensis, olim
Generalis.**

**Fr. Thomas ab Auxilio Diffi-
nitor Primus, olim Gen-
eralis.**

**Fr. Cyprianus à S. Andrea
Visitator Primus.**

**Fr. Theodosius à S. Benedicto
Notarius, & electus vice R.
P. F. Cypriani, aliquandiù
absentis.**

M. Fr. Benedictus à Cruce

Procurator Congregationis.

Et ego Fr. Theodosius à S. Benedicto Secretarius Reueren-
disimi, & Notarius prædictæ Congregatiunculae fidem do om-
nia prædicta à Patribus Deputatis fuisse tractata, & statuta,
eosque manu propria subscriptisse, die, & anno, ut supra.

Fr. Theodosius à S. Benedicto.

**Finis, Laus Deo, Beatissimoque Patriarchæ
ac Parenti Benedicto.**

CONFIRMATIO
ILLVSTRISSIMI D. DO-
mini Laurentij Tramalli Episcopi Hye-
racensis, in Portugalliae Regnis Colle-
ctoris generalis Apostolici cum
facultatibus Nuntij, &c.

Illusterrime Domine.



X P O N I T V R Illustrissimæ Vestra pro parte
M. Fr. Leonis à S. Thoma Generalis Ordinis S.
Benedicti Regnorum Portugalliz, quod ex de-
creto Capituli generalis proximè celebrati anno
1626. Constitutiones prædicti Ordinis sui, à sep-
tem Monachis deputatis sunt reuise, & reformatæ, & aliquæ de
nouo antiquis additæ, prout prædicti deputati, ad bonum regi-
men Congregationis suæ magis expedire iudicarunt. Quoniam
verò ex mandato Prædecessoris Illustrissimæ V. non possunt
hæc nouæ Constitutiones euulgari, quin priùs ad Illustrissimam
Vestrā transmittantur, eas coram Illustr. V. præsentat: Et ne
defectu Confirmationis instabiles maneant, minusque habeant
authoritatis pondus, confirmatæ verò melius, & perfectius,
absque illa controvërsia in prædicta Congregatione deinceps
obseruentur, &c.

Supplicat humilitèr præcitatius Generalis, vt ex beneplacito
Illustr. V. prædictæ Constitutiones possint promulgari, atque
tum antiquas, tum etiam de nouo additas, nec non de benignitate
Illustris. V. modificatas auctoritate Apostolica dignetur
confirmare, supplendo de plenitudine eiusdem potestatis ali-
quem defectum Iuris, vel facti (si quis in eis forsitan fuerit in-
Pp uentus)

uentus) præcipiendoque; ut omnes in prædicta Congregatio-
ne & à Monachis illius, sive Prælati sint, siue subditi in posterum
obseruentur, &c.

*Expediatur prouisio Confirmationis in for-
ma, ut petitur. Olyssipone die 20. Februar.*
629.

Laurentius Episc. Hyerac. Collector.

LAV.

XIV
XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX
XXI
XXII
XXIII
XXIV
XXV
XXVI
XXVII
XXVIII
XXIX
XXX
XXI

LAURENTIVS Transitus Dei, & Apostolicæ
Sedis gratia Episcopus Hyeracensis, & Sanctissimi
Domini nostri Domini V R B A N I diuina prouid-
entia Papæ VIII. in Portugalliae, & Algarbiorum Regnis,
atque Dominijs Collector generalis Apostolicus cum fa-
cilitatibus Nuntij, &c. Attentis narratis, & petitis in re-
troscripta petitione R.P.M.Fratris Leonis à S.Thoma Ge-
neralis Ordinis S.Benedicti prædictorum Regnorum, Au-
toritate Apostolica nobis concessa, & qua fungimur in
hac parte Constitutiones dicti Ordinis, tam antiquas,
quam reformatas, ac per nos modificatas, de quibus in
scriptis præsentibus agitur, omni meliori modo, quo pos-
sumus tenore præsentium confirmamus, & approbamus:
omnesque Iuris, & facti defectus (si qui forsitan interne-
nerint) in ijsdem supplemus: ac eadem auctoritate Apo-
stolica, vniuersis, & singulis Superioribus, ac ceteris Reli-
giofis prædicti Ordinis præsentibus, & futuris ad quos spe-
ctabit, præcipimus, & mandamus IN VIRTUTE
SANCTAE OBEDIENTIAE, vt illas in omni-
bus, & per omnia, in posterum prout iacent adimplent, &
obseruent, & ab alijs adimpleri, & obseruari faciant, in con-
trarium facientibus non obstantibus quibuscumque. In
quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas fieri, ac
sigilli nostri impressione communiri iussimus. Datis Oly-
sippone die vigesima mensis Februarij, Anno Domini mi-
lesimo sexcentesimo vigesimo nono. Pontificatus prædicti
S.D.N.Papæ anno sexto.

*Laurentius Episcop. Hyeracensis
Collector Apostolicus.*

Locus  Sigilli.

Regista lib. 1. fol. 217.

Gaspar Gallet.
Abbreuiator.

scilicetq; A. s; in C; v; m; t; r; v; t; u; l; m; u; n; i; t; v; l; e; m;
m; f; i; v; n; g; r; o; c; i; t; h; t; r; o; n; f; o; r; v; l; s; d; p; r; o; m; b;
e; l; l; o; c; t; r; s; d; l; e; u; l; v; l; e; d; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;
c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l; l; s; o; n; r; u; n; l; s; c; i; l; l;

S. ANGELUS OBEDIENS

¶ M^l 100. f^o 20. v^o 27. p^o 28. a^o 12. i^o 11. n^o 10. s^o 9. q^o 8.

¶ M^l 100. f^o 20. v^o 27. p^o 28. a^o 12. i^o 11. n^o 10. s^o 9. q^o 8.
R

¶ M^l 100. f^o 20. v^o 27. p^o 28. a^o 12. i^o 11. n^o 10. s^o 9. q^o 8.

MODERATIO-
NES A LIQVAE
PRAECEDENTIVM CON-
stitutiohum confirmatæ ab Illustrissi-
D. D. Laurentio Tramalo Collecto-
re generali Regnorum Portugaliæ, ad
instantiam Capituli generalis
celebrati Anno 1629.

E X L I B. I.

 **I B. 1. Conf. 3. cap. 2. n. 5. §.** Ad passiuas &c. in fi-
ne, §. Ita apponatur. Permissum tamen erit, hoc in
casu ad Abbatiam Olyssipponensem, Conimbric-
ensem, & Portugallensem, etiam alios Abbates
actuales promovere.

Hoc etiam infra in Confirmatis à S. D. N. Urbano VIII. &
aliqua alia in terminis continentur, vnde es hic repetere super-
vacaneum est, cum ibi formaliter habeantur, proindeq; hic solum
inserimus que non à Papa, sed à solo Illustrissimo D. Collectore
sunt confirmata, & reformata.

2. **Constit. 4. c. 1. n. 4. ubi dicuntur.** Noua Generalis cele-
bretur elecio in Monasterio, quod commodius visum fuerit,
&c. ita reformatur. Noua Generalis celebretur elecio in Mo-
nasterio destinato à Capitulo Generali, ad sequens Capitulum
Celebrandum &c.

3. **Conf. 3. cap. 5. n. 4. ubi agitur de causis priuationis Ge-
neralis, tertia, & 4. cœla ita reformatur.** Tertia si ipse Gene-
ralis leges Religionis in materia graui sepius violet, neq; ob-
seruer, & ab alijs subditis obseruari minimè curat, cum no-
bili negligentia, & remissione. Quarta. Si graues aliquas pro-

Circa elec-
tion. inter
medias pag.
24. n. 5.

Circa cele-
bratione ca-
pit. inter
medij pag.
36. n. 1.

Circa cau-
sus priua-
tis genera-
lis pag. 130
batas n. 8.

probatas, aut manifestas Abbatum, seu subditorum culpas ad eius novitiam delatas, impunitas relinquit.

Circa Capitularem pri
uatum voce
actiuia, vel
passiuia pag.
ss. n. 6.

4. *Conſit. 6. cap. 3. n. 6. Poſt finem huius numeri addantur ſequentia verba. Quod si diſtulerint ieiā ex qua cuō; iusta cauſa, & feratur ſententia cōtinens pñā ſuſpensionis actiuia ſeu paſſiuia vocis, quæ publicetur per duos menses ante Capituli tem- pūſ, talis ſententia etiam pro deliciis commiſſis int̄ a diſtūtū tempus, non poterit impeditre, qm̄ minus talis, ſic ſuſpensas in Capitulo Generali utramq; vocem habeat, ſed peracto Capitulo obſeruabitur ſuſpensio uſque ad completem ſen- tiaz tempus.*

E X L I B. II.

Circa annos 3. Lib. 2. Conſit. 2. cap. 6. n. 16. in fine huius numeri addantur Prædicato- ſequentia verba. Porro Prælatis nullum tempus officij ſui cō- putabitur ad prædictos quindecim annos explendos, compu- tabitur tamen Diffinitoribus, & Visitatoribus, ſi durante co- rum officio, vt cæteri Prædicatores detabula, prædicare volu- etint.

Circa Titu-
los Casaliū
extra mo-
nasteriū fa-
ciēdos pag.
166. n. 50.

Circa idem
pag. 167. n.
52.

6. *Conſit. 3. cap. 1. n. 50. Vbi agitur de Prædiorum titulis fa- ciendis in locis remotis, illa verba (ex licentia Capituli Genera- lis, ita reformatur; ex consensu Capitoli Conuentualis.*

7. *Et n. 51. vbi dicitur; Fuit lecta &c. ita apponatur. Fuit lecta in Conuento, poteſt fieri titulus tali, vel tali Personz cum tali, vel tali pensione, & alias titulus nullius vigoris fit. Et ſubſcri- bant Abbas, & omnes Monachi cum Notario.*

E X L I B. III.

Circa matu-
rinum reci-
tandum in
monasterijs
minoribus
pag. 202. n.
3.

8. *Lib. 3. Conſit. 1. cap. 3. n. 1. ita reformatur. Statuimus ve- in Monasterijs minoribus, quæ decem ſaltem Monachos Con- uentuales habuerint, noctu ſurgant Monachi ad matutinas præces eadem hora, qua cæteri in alijs Monasterijs maioribus ſurgere ſolent, & eas cum debita paufa attente, ac deore recitent, & in fine laudum intonatam ſaltē dicant Antiphonā. Aue ſtella matutina.*

Circa idem
pag. 202. n.
2.

9. *In monasterijs autem in quibus non fuerit prædi- catus nu- merus fuerint tamen ſex Monachi, non tenetur noctu ſurgere,*

nts singularis Dominicis, et Festis, que obseruantur. Reliquis vero diebus prædictis, preces recitent in hyeme ad horam sa-
lutationis Angelicæ. Inestate vero ad horam quintam matu-
tinam, semper tamen intonatam dicant prædictam Antiphonam Augstellarum, utq; ioy. fol. 129. si ipsi sunt scilicet
Curet tamen Religio, ut quam primum fieri poterit, in
omnibus Monasterijs duodecim saltem constituantur Mona-
chi, neq; de novo recipientur Monasteria nisi in ipsis post ex-
structam fabricam, prædictus saltem duodenarius numerus ex
consuetis redditibus sustentari possit.

11. Num. 2. §. Hora Tertia O. s. ita reformatur. Hora Ter-
tia recitetur similicer in Choro Tertia, Sexta, & Nona officij
divini cum eisdem Horis Dominice nostræ. Deinde si adhuc sal-
tem quinque Monachis, cantetur missa, eaq; finita dicatur Pre-
ciosa, ferijsq; sextis habetur Capitulum culparum.

12. Num. 5. §. Vesperis autem O. s. ita reformatur. Vesperis
autem finitis præcipimus, ut tribus diebus per hebdomadam,
omnibus Conventualiter congregatis lectio casuum consci-
entia habeatur per horæ saltem diuidium legente &c. usq; ad
finem.

13. Confis. 8. cap. v. Post finē addatur. Si vero ex propo-
sito, seu animo delibratio Prælatum suum, armis vel baculo,
vel quoquis alio instrumento vulnerauerit, per viginti annos in
neruo compedi us existat. Si autem fine vulnere, animo deli-
berato quoquis modo percutiat per triplex triennium eadem
puniatur pena cum jejunijs, & reliquis, ut dictum manet in
simplici vulnerante, initio n. 3.

14. Et num. 6. ita apponatur. Si qui per coniurationem, vel
conspirationem in superiorum suum se erexerint, ut illi noceat
seu crimen aliquod falsum imponant &c. Usque ad finem, ubi
haec verba addantur. Aerios deinde huiuscmodi delinquentes
poterunt puniri iuxta coniurationis, & conspirationis quali-
tatem.

15. Et num. 12. in 4. linea apponatur. Quod si enim leuiter,
vulnerauerit, cum sanguinis effusione per Iex menses in ner-
uum coniiciatur, & totidem in carcere. Si autem vulnus gra-
ve exticerit in nervo per tres annos existat, per totidemque
recludatur in carcere cum jejunijs, & flagellationibus &c.

Circa nu-
merū Mona-
chorum, in
monasterijs
minoribus.

Circa mis-
sam canen-
dā pag. 202.
n. 2.

Circa lectio-
nem casuum
conscientie
in monast.
minor. pag.
203. n. 5.

Circa Pa-
nam vulne-
rantis Præ-
latum pag.
278. n. 5.

Circa pñm
cōspirantiū
pag. 279. n.
6.

Circa pñm
vulnerantis
aliū Mona-
chum pag.
280. initio
illius.

Circa pñna 16. Ita apponatur. Præcipimus in virtute sapientie obedientie, ne aliquis Monachus Epistolam alteri Monachorum destinatam rapiat, aut aperiat. Epistolam vero infamatorum, seu conuictos, aut iniuriosam, nulli Monacho, vel seculari, Monachus aliquis per se, vel per alium scribat, alioquin ipso facto in sententiam excommunicationis incurrit, tribusque mensibus carcere cum jejunis, & flagellationibus ferijs sextis mancipetur.

Circa pñna 17. Ita apponatur. Si Monachus furtu aliquod leue commiserit, tribus mensibus in carcere tortidemque in carcere existat. Si autem furtum graue fuerit, per annum in carcere, per triages tempus in carcere recludatur, i. c. jejunis, & flagellationibus assuetis, ferijs sextis, priueturque quolibet officio honorifico quod habuerit, voceque activa, & passiva per trienium careat. Quod si furtum fuerit grauissimum duplicitur poena, & amplius poterunt augeri, iuxta materię qualitatem, & criminis qualitatem.

18. Si autem Monachus secundum foriūm commiserit, iuxta qualitatem furti duplicitur poena. Si ad tentium vero perveniat, tanquam in corrigibilis habeatur. Graue autem furtum reputabitur quod pervenit ad summam virginis etiicatorum, grauissimum vero, quod summam triginta cruciicatorum excedit.

19. Et num. 17. in fine apponatur, Dummodo cum illis clavis nullum crimen committat, quod si commiserit, duplicitur illi poena delicti commissi.

20. Consł. 8. cap. 3. num. 1. Ita reformatur; Ut omnis officiorum ambitu, occasio precludatur, caueat Monachi a subornationibus, procurementibus, v. s. sagitorum eligentium, tam pro se ipsis quam pro alijs, cum in Generalibus Capitulis, tum in alijs quibuscumque congregationibus, ne clandestinis,

Circa pñna 21. quoilibet tempore subornantibus, negotiationibus, seu permissionibus indigni aliquando, seu minus digni, dignioribus præferantur. Vnde præcipimus in virtute sancte obedientie, & sub pena excommunicationis ipso facto incurrande omnibus Monachis congregationis nostre tam subditis quam prælatis, ut neque in Capitulo Generali nec extra illud quocumque tempore, pro se, vel pro alio publice, vel occulte laborare audeant suadentes alicui ex electoribus

electoribus, ut sibi vel alteri suffragium ferat, aut neget ad omnium Generalis, Abbatis, Disiectoris, Visitatoris, Socij, aut iudicium inhabilitatum consequendum.

Neque similiter Capitulares sub eodem precepto, & Censu-
ra cum clamore, seu alta voce, & tumultuose contendant, siue
asserent tallem, vel taalem personam debere; vel non debere in-
aliquod ex predictis officijs eligi; Coacti tamē Capitulo po-
terit quilibet Capitularis cum alio, vel ad summum tres Capi-
tulares simūl inter se colloqui, conferre, & tractare quae ad
maiores, & magis concordem Capituli, & electionum cele-
brationem expedire videbuntur, præsentim, ut digniores eli-
gantur, & electiones prudenter, & convenienter iuxta exig-
tiam locorum, & officiorum fiant ad melias regimēti, & ad
maiores utilitatem Congregationis.

Postquam vero factum fuerit signum ad quamlibet singularē
sessionem celebrādam usq; ad finem illius, omnibus, & singulis
Monachis, & Capitularibus præcipimus sub eodem precepto,
& censura ipso facto incurrienda, ne cum quocumq; alio col-
loqui, seu sermocinati audiat, etiam per modum Consilij de
personis ad predicta officia eligendis, neque alteri suum suffra-
gium quovis modo manifestare.

Numerus secundus relinquatur prout iacet.

21. Ex num. 3. deleantur Verba, intra prædictū tēpus facta.

22. Numerus quartus deleatur totus.

23. Num. 5. Ita ad finem addatur. Monachi vero qui huius-
modi fiducioribus ducti, officia Religionis alicui Monacho con-
tulerint, seu ad ea suffragium suum, etiam sine effeta dederint,
eo ipso sententiā excommunicationis incurvant.

24. Ex num. 6. deleantur Verba, sub prædictis præcepto, &
Censura.

Numerus septimus relinquatur prout iacet.

T Censura autem ferenda in bunc modum efformetur.

25. Nos frater. N. Generalis huius nostræ Congregationis
Benedictinæ cupientes quod electiones faciendæ in hoc capi-
tulo pure, & sincerè fiant, omnes Monachos Congregationis
nostræ admonemus in Domino, illisque præcipimus in virtute
sanctæ obedientiæ, & sub poena excommunicationis ipso facto
incurriendæ, ut nullus alium pro se, vel pro alio publice, vel

Vero præfa-
toribus dā-
tes ex comu-
nicatur pag.
282. n. 5.

etiam omni mō-
nachis

ann. dīas

Forma cén-
sura præ fo-
ribus Capi-
tuli genera-
lis figenda

occulte subornare audeat, illicite suzdens alicui vel aliquibus electoribus, ut sibi vel alteri suffragium ferat, iact neget ad aliquod munus consequendum, & similiter omnibus, ac singulis antedictis sub eodem precepto, & censura præcipimus ne cum clamore, seu alta voce, vel tumultuose contendant, siue afferant talem, vel talem personam in aliquod officium debere, vel non debere eligi. Imo postquam factum fuerit signum ad quamlibet singularem scissionem celebrandam squaliter illius finem omnibus, ac singulis predictis sub eodem precepto, & censura ipso facto incurrienda, que mandamus, ve nullus alium quocumque modo hortari, seu subornare audeat, neque eum illo colloqui suè sermo inari, etiam per modum Consilij que nam persona ad aliqua officia debent eligi, neque unus alteri suum suffragium quovis modo manifestet. Omnes autem, & singulos Monachos in hoc monasterio existentes admonemus, & exhortamur in Domino, ut quicunque auerterit subornationes aliquas factas ad electiones tunc temporis facientes, que debeant iuxta iuris nostri dispositionem denunciari, eas subornatoresque reueleret coram Iudicibus competentibus antequam electiones ipsis celebrentur, ut electiones pure, & sincerè fiant, & subornatores tanquam boni communis hostes, & aduersarij possint puniri. Dat. tali loco tali die, &c.

Numerus octauus prout iacet relinquatur.

26. Conf. 8. cap. 4. num. 13. in fine, addantur base verba. Declarantes nostræ intentionis non esse in hac prohibitione comprehendere appellaciones, vel recursus ad Sanctam Sedem Apollolicam, seu eius legatos, vel Nuncios, cum ad eos appellaciones, vel recursus quovis modo impedire sic nefas.

Os Padrões Deputados pelo Capítulo Geral da Congregação do
glorioso P. D. Bento para reformação das novas leis da dita Or-
dem, que foram confirmadas pella autoridade de V. S. Illustris-
sima, pedem muy humildemente, que se sirua mandar as refor-
mar, como se contém neste papel que começa.

Lib. I. Const. 3. nro. 5. S. Ad passiuas, & acaba impe-
diras su nefas, & contém seis folhas de papel escr itas, noue regras
mais, em conformidade do que está assentado com V. S.
Illustrissima, & no de mais confirmalas de novo. E R. M.

Fr. Thome da Resurreição Procurador geral.
Attentis narratis alisque matura, & diligent tractationes
 & deliberatione præmissis autoritate Apostolica, man-
 damus prædictas Constitutiones reformari vt supra, & in
 reliquis confirmari, vt petitur, & expediatur prouisio in
 forma, cum conditione, vt post illarum impræssionem,
 antequam publicentur debeant ad nos afferri, & non pu-
 blicari sine alio nostro mandato alias omnia sint omnino
 nulla. Subscrip. Die 18. Ianuarij. 1630.

Laurentius Episcopus Hyeracen. Collector.

Laurentius

LAURENTIUS Tramallus Dei, & Apostolicæ
sedis gratia Episcopus Hyeracensis; & Sanctissimi
D. nostri Domini Urbani diuina prouidentia Papæ VIII
in Portugalie, & Algarbiorū regnis atq; dominijs Gof-
flector generalis Apostolicus cum facultatibus Nuntijs
Attentionis narratis alijsque in natura, & diligemi tractatione,
& deliberatione premissis, auctoritate Apostolice nobis
concessa, & qua fungi nur in hac parte Mandamus prædi-
etas Constitutiones reformati, ut supra, & in reliquis cō-
firmari ut petitur, cum conditione ut post illarum impræs-
sionem antequam publicentur debeant ad nos afferri, &
non publicari sine alio nostro mandato, alias omnia sint
omnino nulla; in quorum fidem præsentes manu nostra
subscriptas fieri, ac sigilli nostri impræssione communiri
iussimus. Dat. Vlisp, die 19. Ianuarij anno Domini
MDCXXX. Gaspar Galletus legationis abbreviator feci,
&c.

Laurentius Episcopus Collector.
Locutus cum condicione, ac boi si non qd
enim in illo tempore possit remittitur, qd
locutus est, non qd
Locus  sigillo.

Laurentius Episcopus Collector.

Laurentius Episcopus Collector.

CONSTITUTIONES EX SVPERIORIBVS

LIBRIS SELECTÆ, ET ALIÆ
à Sanctissimo P. N. Urbano Papa. VIII. ex certa
scientia confirmatæ. * Ceteris in suo robore per-
manentibus sub dispositione Capituli Generalis à quo
alterari, mutari, ac etiam super illis dispensari possit
codem modo * quo usq; in præsentem diem facere
licuit, & non aliás.

Verba hæc
habentur in
frâ prope sâ-
nctum.

* Modus an-
tē illas alte-
rādi habetur
supralib. 3.
Constit. 9.
cap. 3. pag.
294.

Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam, &c.

RE LIGIOSOS viros, qui obliti populum
suum, & domum patris sui se ipsos abnegarūt,
ac diuini numinis obsequijs manciparunt,
principio paternæ charitatis affectu comple-
xentes, ea, quæ pro fælici eorum statu, atque regimine
prouidè ordinata, & saneita sunt, ut ab omnibus ad quos
spectat, inuiolabilitè obseruentur apostolicæ confirma-
tionis robore libenter cōmunimus, prout conspicimus in
domino salubriter expedire. Alias siquidem à nobis ema-
narunt literæ tenoris subsequentis videlicet; *Urbanus Pa-
pa VIII. Ad futuram rei memoriam.* Regimini vñiuer-
salis Ecclesiæ diuina dispositione præsidentes, ad ea libe-
riter intendimus, per quæ personarum Regularium fælici
statu, & gubernio consultur; Cùm itaq; sicut dilectus fi-
lius Benedictus ab spe Abbas, & Procurator Generalis
totius Congregationis Sancti Benedicti Ordinis eiusdem
Sancti Benedicti Regni Portugallæ nobis nupèr exponi
fecit, ex diuersitate, & multitudine Constitutionum, seu

Diffinitionum Ordinis huiusmodi, perturbationes, & inconuenientia orta sint, & propterea dictus Benedictus Procurator nobis humiliter supplicari fecerit, quatenus ordinare, & decernere dignaremur, vt ex omnibus in proximo Capitulo Generali fiat electio necessariarum, aptarum, & proportionatarum Regulæ, & obseruantiae dictæ Congregationis, adiunctis etiam, quæ de novo necessarie videbuntur, omnesq; ordinatæ, & per rubricas dispositæ ad venerabiles Fratres Nostros S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales negotijs Regularium præpositos reuidendæ, & examinandæ, ac prout ius, & ratio postulabit confirmādæ transmittantur: super quibus etiam Collector Generalis in dicto Regno tunc existens informet, & deinde Constitutiones huiusmodi, ut præfertur, perpetuo, & interim antiquæ Constitutiones, & ex quæ fuerunt à prædictis Cardinalibus approbatæ, obseruari debeant. Nos perturbationes, & inconuenientia prædicta iam exorta, & eorum quæ in dies magis exoriri possent, materiam de medio tollere volentes, supplicationibus dicti Benedicti Procuratoris Generalis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Cardinalium prædictorū consilio, quod ubi dilectus filius modernus Abbas Generalis eiusdem Congregationis sui Generalatus munus expleuerit, Capitulum Generale insimul collectis omnibus, Constitutionibus seu diffinitionibus quæ hactenus in Ordoine huiusmodi extant, tam confirmatas quam non confirmatae à Sede Apostolica, seu à Collectorè prædicto, & ex ijs illas obseruandas statuere, & ordinare, atq; in vnu volumen redigere posse, quas cultus diuini augmento, obseruantiae disciplina regularis, feliciq; Monasteriorum Congregationis, præfatae regimini, magis in Domino expedire arbitrabitur, facultatem Apostolica authoritate regere præsentium concedimus. Volentes, & Apostolica auctoritate

auctoritatē prædicta decernentes, ut postea Constitutiones, ac Diffinitiones à Capitulo Generali prædicto, ut suprà compilatæ deferantur ad Collectorem in dicto Regno pro tempore commorantem, qui illas examinet, ac recognoscat, & quid de eis sentiat, ad dictos Cardinales referat, ad quos etiā Constitutiones, & Diffinitiones huiusmodi, approbandæ transmittantur; interim vero Cōstitutiones, & Diffinitiones, in ijs tantum quæ prædictis Constitutionibus, ut præfertur, confirmatis non sunt, contrariæ, omnino obseruentur. Decernentes insuper præsentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiti, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectant, & pro tempore spectabit inuiolabilitè obseruari &c. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congregationis prædictorum etiā iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roberratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indulgentijs, & literis Apostolicis in contrarium quomodo liber concessis, confirmatis, & ianouatis &c Cæterisq; contrarijs quibuscunq; Datis Romæ apud s. Mariam maiorem sub Anulo Piscatoris die 2. Nouembris 1630. Pontificatus nostri anno octauo.

Cum autem sicut dilectus filius Procurator Generallis dictæ Congregationis nobis nupèr exponi fecit, in executionem præinsertarum literarum nostrarum, huiusmodi præfatae Congregationis Monachi in ultimo illius Capitulo Generali ex omnibus Constitutionibus prædictis, inferius insertas selegerint, & porreto per eos Venerabili Fratri Laurentio Episcopo Hieracensi iuriū, & spoliorum Cameræ nostræ Apostolicæ in Portugallie, & Algarbiorum Regnis debitorum Collectoris Generalis, super illis supplici libello: idem Laurentius Episcopus, &

Collector per suas patentes literas die 16. mensis Decembris 1633. expeditas eisdem Constitutiones per eum prius diligenter examinatas, & in sequentem formam redactas dignas reputauerit, quæ ad eosdem Cardinales transmittantur, & si illis bono, ac fælici dictæ Congregationis regimini, ita expedire videbitur Apostolicæ confirmatio- nis patrocinio munitantur; Constitutionū autem selectarum, ac supplicis libelli, nec non literarum patentium predictarum, tenoris sunt subsequentis; videlicet.

¶ Constitutiones Ordinis S. Benedicti Regnorum Portugalliarum, à Sede Apostolica confirmandæ.

¶ De Unitate Congregationis. Statuimus primo secundum Pontificia fælicis recordationis Pij diplomata, ut omnia Monasteria nostra, quæ extant, & cuncta etiam in posterum erigenda in unum pariter corpus coalescant; Omnibus autem, ac singulis Monachis sic erectæ Congregationis in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub pena excommunicationis ipso facto incurrienda præcipimus ne quis, illorum cuiuscunq; gradus, aut dignitatis sit per se, aut per interpositam personam, fauorem, auxilium, vel iuuamens quomodolibet impendat ad hoc, ut Monasterium aliquod à prædicta Congregatione separetur, vel à Generali independentे per se singulatim regatur. Sub ijsdem præcepto, & censura, priuationeq; vocis actiuar, & palsiuar, & cuiuscunq; dignitatis obtentæ, inhabilitatisq; ad alia quacunq; in posterum obtainendam, præcipimus, ut nullus ex Monachis prædictis perpetuitatem in officio Generalis, Abbatis, seu alterius Prælati, Diffinitoris, aut Visitatoris ambire, seu quomodolibet procurare, aut etiam à Congregatione sponte oblatam acceptare præsumat. Volamus præterea ut ijsdem penitentiis subiaceat Monachus quacunque dignitate præfulgeat, qui tentatam perpetuitatem rescuerit, eam p. non reclameret.

Pag. 4.

Pag. 4.

¶ De

¶ De Capitulo Generali. Singulis triennijs Capitulum Generale celebretur. Prima dies celebrationis eius, erit tercia mensis Maij, in qua festum agitur inuentionis Sanctæ Crucis. † In Capitulo Generali vocem actiuam habebunt Reuerendissimus Pater Generalis, Abbates, ac Prælati canonice electi, Diffinitores, & Visitatores. Accedent etiam cuncti Reuerendissimi Patres, qui anteactis triennijs Generalis officio functi sunt. Ex Magistris etiam Theologiae vocales erunt quotquot fuerint professores in Academia Conimbricensi, qui per sex annos in ipsa Academia, vel saltem in Collegijs Congregationis legerint. Preter hos, vocales etiam erunt quatuor ex Lectoribus emeritis in Religione, qui antiquiores erunt, secundum habitus susceptionem, sublata in monachali antiquitate quacumq; dispensatione, quæ ad effectum præcedentia in hoc casu nulla omnino censeatur, omnesque Monachi censeantur inhabiles ad huiusmodi dispensationem impetrandam à quocumque superiore, vel ea vtendi, etiam si motu proprio illis esset concessa. Vocales etiam erunt socii, ac Secretarius Reuerendissimi. Procuratores Curiales, Olyssonensis nempè, Portuensis, & Bracharensis legitime electi. Procurator item Curiae Romanæ, si legitime fuerit electus in Capitulo Generali, vel ex commissione illius vocalis tantu erit in proximo Capitulo postquam reuersus fuerit à prædicta Curia. Provincialis similiter Provinciae Brasiliensis vocalis erit in proximo Capitulo celebrando, postquam peracto suo regimine, & accepto etiam sindicatu officij sui, ac personæ in Regnum Portugallæ remeauerit. Alij deniq; quos progreſsu temporis, Capitulo Generali vocales creare iustis de causis placuerit. † Congregatis ergo supra nominatis Patribus prædicta die inuentionis Sanctæ Crucis, cantetur missa de Spiritu Sancto; fiat processio, & cetera omnia de more solito. † Sta-

De Capit. generali pag. 5

Vocales in Cap. gene- rali pag. 6.

N.

N. R.

Missa de Spio- rito Santo &c. pag. 18.

Judices in tuimus ut initio eiusdem Capituli tres iurlices elegantur;
habilitatum qui inhabilitates, & subornationes capitularium, si quæ
Pag. 17. occurserint, & iuridice fuerint probatae iudicent. ¶ Circa

Cōditiones eligendos Statuimus ut nullus in Generalem creari pos-
eligeretur. Cōditiones eligendos Statuimus ut nullus in Generalem creari pos-
sit, nisi trigessimum saltem Religionis annum attingat.

Pag. 23.

¶ Nullus vē in Prælatum, Diffinitorēm, Visitatorem, Sociū,
aut Secretarīum Reuerendissimi, vel in Procuratorem
Curialem eligi ante vigessimum Religionis annum in-
choatum, nisi aliās progressu temporis Capitulo Genera-
li videatur cum aliquo dispensandū. Huiusmodi tamen
dispensationes nō siant nisi cum duabus ex tribus partibus
suffragiorum. ¶ Quod attinet ad scientiam eligendorum.
Statuimus primo, ut nullus in Generalem, Diffinitorēm,
Visitatorem, Abbatem, seu Prælatum eligatur, qui saltē
moralis scientia nō sit sufficienter instrutus ad monacha-
le regimen, animarum curam, ac temporalē administra-
tionem. ¶ Verum quia in Generali, Diffinitoribus, & Vi-
sitatoribus, quibus alios corrigendi onus incumbit ex-
ceptio doctrina requiritur, Præcipimus ut Generalis, & ex
Diffinitoribus primus, & ad minus duo alij, nec non pri-
mus ex Visitatoribus elegantur, qui Sacrae Theologie per
quadriennium operam dederint, vel qui in iure gradu ali-
quo sint insigniti.

¶ De electionibus inter medijs. Si munus Generalis intra
Electio gen- tres ultimos menses triennij vacare contigerit, Generalis
neralis in- electio non celebretur, sed Visitator primus, vel illo legi-
ter media time impedito, Visitator secundus vice Generalis munc-
quando nō re fungatur, & in uiduata Domo Reuerendissimi Abbatis
celebranda. vicē gerat usq; ad Capitulum proxime celebrandum vbi
Pag. 25. more solito præsidebit cum limitationibus etiam solitis.

Electores in ¶ Silabente triennio Abbatialis aliqua dignitas, vel mu-
ter medijs. nus Diffinitoris, vel Visitatoris, seu alterius cuiusvis Pre-
pag. 37. lati vacauerit electores eorū qui sufficiendi sunt erūt. vñ-
decim

decim, scilicet Generalis, Diffinitores, ac Visitatores intra Prouinciam Duriminæ existentes, & quod deerunt ad vndeclimum numerum explendum supplebitur ex Abbatibus Interamnenibus, qui tempore fiendæ electionis supersites, & in Prouincia Duriminæ reperiuntur, incipiendo ab Abate Portuensi, vel eo impedito ab eo qui proxime illi succedit, & ita gradatim prosequendo iuxta ordinem, & dignitatem Abbatiarum Interamnenium donec ad ultimam deueniatur. Quibus expletis iterum ad primum Portuensem reuertetur obseruando semper ordinem antedictum, ita ut Abbas, qui in præcedenti electione vocales fuerit, non admittatur in sequenti, sed alij, qui immediate, & proxime attigerint inferiorem Abbatem, qui in præcedenti electione vocalis extitit. Quod si forte aliquis ex dictis Abbatibus tempore facienda electionis mortuus, vel abiens à Prouincia Duriminæ quamcumq; ex causa etiam publica, vel Religionis, vel forte excommunicatus, suspensus, aut carceratus existat (quo casu alias in ordine sequens assumi debet) quāvis postea redeat, vel impedimentū cesset, aut Abbas in locū defuncti sufficiatur, nullatenus admittendus erit ad eligendum in sequenti electione extra locum, & ordinem suum, sed reputabitur ac si loco suo vere eligisset. † Si intra octo dies duæ, vel plures Abbatiae, vel officia vacare contigerit, jideant Abbatess, ad quos illo turno secundū prefatum ordinem ius eligendi pro una vacatione spectabat, erunt omnia electores, ac electiones illæ (quāvis plures) ad effectum, ut sequentes Abbatess vocandi minime sint, pro una electione reputabuntur. † Quod æque obseruabitur, quando aliquis ex Abbatibus electoribus ad Abbatiam, vel officium vacans eligitur; Nam electio sui successoris ad eisdem Abbatess comprehenso etiam ipsorum electo omnino spectabit nec alij sequentes vocandi erunt.

† Si quis

Electores in
termedijs le-
gitime im-
pediti. † Pos-
sunt Procu-
ratores mit-
tere.

Si quis ex predictis electoribus scilicet Diffinitoribus, Visitatorib. vel Abbatibus intra predictam Prouinciam Du- riminiæ existentibus ex legitimo impedimento ad electio- nem accedere minime valeat, Procuratorem mittere non prohibetur Monachum vnum sui Monasterij, vel illius, vbi celebranda erit electio; dummodo talis sit, qui iuxta conditiones in Capitulo Generali obseruari solitas, vices absentis supplere possit. Si autem Procuratorem non mit- teret electio per praesentes tantum valide celebrabitur. † Reuerendissimo tamen vbi cumq; intra Regni fines cō- moranti, integrum semper erit Monachum idoneum de- signare, qui vices illius gerat in praesidendo, & suffragan- do, quando electioni intermediæ adesse nequeat. † Ad passiuas, & intermedias electiones Abbatiarum in ipso trienij progressu vacantiū inhabiles esse volumus, alios Abbates actuales † Periniſsum tamen erit ad Abbatiam Vlyſſipponensem, Conimbricensem, & Portuensem etiam nimbric. & Portuen. sit aliquis ex his tib⁹.

Abbates ali⁹
peſunt pro-
moueri ad
Abbatia Oli-
ſippon. Co-
nimbric. &
Portuen.

Generalis
qua tenetur
obſeruare
pag. 45.

De Generali:

Licet Generalis

soli Sedi Apostolicae

immediate ſubjiciatur

volumus tamen ut

Constitutiones

nroſtas, nec non, & cætera omnia à Capitulo Generali

præcepta, ordinata, ac diffinita obſeruare teneatur. † Cæ-

terum cum Reuerendissimus bicipiti dignitate fulgeat

Generalis temp̄, & Abbatis, statuimus, ut in Monasterio

illo, in quo Abbatis munere fungitur eadem obſeruare te-

neatur, quæ cæteri Abbates in suis seruare tenentur. † Si

dubium aliquod quod vere dubium fit circa leges occur-

rar, Reuerendissimus maturo consilio premisso illas inter-

pretari, & explicare poterit, huiusmodi tamen declaratio

avim legis non habebit, sed directionis practice tantum

circa casum illum specialem tunc temporis occurrentem,

& hanc potestatem non poterit Reuerendissimus alicui

altri

Potest decla-
rare verē du-
bia pag. 47.

alteri delegare. † Ne autem detur occasio ferendi contrariae interpretationes iuxta vnius cuiusq; sensum, in proximo Capitulo Generali tale dubium proponatur, vt Capitulum determinet quid ab omnibus intali casu sit obseruandum, resolutioq; Capituli vim legis habebit. † De querelis item, offensionibus, grauaminibus subditorum erga Praelatos, si videlicet Abbas subditum suum offenserit, aut iniuste grauauerit, Reuerendissimus agnoscat, & iudicet ita prudenter, & iuste, vt caput cum membris, & cum capite membra in pace, & letitia Domino famuletur. † Non poterit Reuerendissimus Constitutiones, definitiones, aut ceremonias à Capitulo Generali stabilitas immutare, aut alterare, obseruationem, & executionem illarum impedire, vel prohibere, aut alias nouas addere, seu in praedictis Constitutionibus, aut diffinitionibus dispensare, nisi aliud in proprijs locis annotetur, Nec item in visitationibus Visitatorum, censuris, aut praceptis in illis impositis, si secus facere presumperit praedicta mutatione, alteratio, prohibitio, additio, aut dispensatio nulla, & irrita sit; Non poterit absq; licentia Capituli Generalis, & decreto eiusdem cenobia Congregationis deferere, aut mutare, nec alia de novo extrucere, sicut illo:ū emere, acceptare, aut eligere, quod si in progressu triennij necessitas occurat ad aliqua exprædictis peragenda à Reuerendissimo, Diffinitoribus, ac Visitatoribus quid agendum erit poterit diffiniri.

¶ De Visitatoribus. Quoniam Sacris Canonibus, Sacroq; Concilio Tridentino annuatim visitare maxime consonum est, † Statuimus ut Monasteria Congregationis nostræ in primo, & tertio anno triennij visitentur à Reuerendissimo. In secundo à Visitatoribus. † Præcipimus, ut Visitationis tempore in refectorio tam Reuerendissimus, quam Visitatores cum Conuento comedant, ean-

Declaratio-
nes genera-
lis nō habet
vim legis.

Pag. 47.
In Capitulo
sunt propo-
nenda.

De querelis
subditorum
cognoscat.

Pag. 47.

Quæ nō po-
tuit Genera-
lis pag. 49.

Visitatores
quando te-
nentur visi-
tare. pag.
55.

Comedant
cum conuè-
tu. pag. 58.

Nō permittant cellas, & lectus ornat. pag. 59.

candemq; refectionem, & cibos, sive carnis sive pescis sint comedant. Parietē etiam cubiculorum in quibus vel dormiunt, vel hospites recipiuntur, nullo apparatu permittant ornare; excipimus imagines sanctorum, aliasq; effigies. Lectus etiam monachalis sit, alioquin in syndicatu suo puniantur. † Præcipimus, ut neq; à Prælato, neq; à Monachis visitandis. Visitatores ipsi munera accipient, præter comestibilia, & quæ momenti non sint, & estimatione digna, alijs tam donantes, quam recipientes voce passiuacarent in Capitulo Generali. † Circa personas, culpasq; de quibus possunt inquirere, & ad illarum punitionem procedere, statuimus primo, ut inquirant cum de Prælato, tum de subditis illius Monasterij quod actualiter visitant, tum etiam de famulis, ac familiaibus illius. † Præterea n̄frequentibus, seu meditatis Monachorum translationibus, culpæ aliquando imputantur, inquirant etiam de omnibus alijs, tum Prælatis, tum subditis, cum quibus isti actualiter virtutem aliquam tempore contubernales, aut conuentuales extiterint, ab ultima visitatione præterita usq; ad illam presentem. Quid si aliquid contra absentes sufficienter proberetur, nos Visitatores iuridice puniant quantumvis visitatio Monasterij, in quo commorantur finita iam sit, atq; transacta. † De culpis vero commissis, & iam punitis, ante ultimam visitationem non poterunt inquirere nisi forte adhuc vigeant, aut repullent. † Quod tamen attinet ad penas, & præcepta imponenda, statuimus primo, ut neminem possint privare voce actua, aut passiva, nec Prælatum officio suo, nisi id à iure, Constitutionibus, aut Definitionibus præcipiatur. † Secundo ut ijs, quæ sub pena aliqua determinata, vel sub virtute sancte obedientiae in Constitutionibus, aut Definitionibus defato sunt præcepta, nihil aliquid in visitationibus addere possint, alijs tale additamentū in iis sit,

Non accipi-
ant munera,
pag. 59.

De quibus
personis, &
culpis pos-
sunt inquire-
re. pag. 60.

De paenit.
quas possunt
imponere
pag. 70.

fit, &c. inane. Alijs vero rebus, quibus specialis pena per leges statuta non sit arbitriariam poterunt imponere, corpoream praesertim. Non poterunt tamen Visitatores aliquid Prelatis præcipere; vel inandare directe, vel indirecte per cuius inobseruantia ipsi non valeant admitti ad ferendū suffragium, neq; eisdem aliquid iniungere sub pena priuationis officij sui, actiuæ, siue passiuæ vocis, nisi talis pena à iure, Constitutionibus, vel dissinitionibus præcipiatur imponi, neque similiter Reuerendissimus in visitationibus, seu extra illas aliquid sub iisdem penas poterit præcipere Prelatis, neq; illos officio suo, actiuæ, seu passiuæ voice priuarę, nisi similiter eadem pena à iure, Constitutionibus, vel dissinitionibus expressæ sit imposta. Præceptum vero obligans ad mortale, interdictum, aut excommunicationis penam ipso facta non poterunt imponere conuentui nisi suffragantibus illis cum Abbatे simul, & consiliariis per calculos albos, & nigros maior pars assentiatur, quæ suffragia eorum omnibus calculentur. Si autem prædicti calqui præcepta, vel censuras ea forma non seruata aliter conuenient posuerint, hac præsenti Constitutione ea irrita esse declaramus. Singularibus autem personis imponi cum fugit necessarium non prohibemus. Sed si aliqua translati imponatur contra aliquem vocalem in Capitulo Generali, adueniente dicto Capitulo, eo ipso censetur sublati, ita ut in illo possit habere vocem actiuam, & passiuam, ac si censuratus non fuisset. Ad effectum tamen Ferendi, vel suscipiendo suffragium, talis ac si excōmunicatus esset absoluatur, in forma Ecclesiæ, & ab ipso Capitulo iuxta qualitatem etiminis punietur. Multitudinem præceptorum Visitatores non tarent, neq; item propter singulares defectus, uniuscum grauent conuentum communem legem statuerint, sed eos qui singulariter deliquerint, singulari supplicio puniantur, ut facilis emen-

Quomodo
posuit pra-
cepta, & ce-
natas impo-
nere. pag.
71.

pag. 71.

denerat. † Quod si alter ab altero dissentire contingat circa intelligentiam alicuius legis pro explicatione illius Reverendissimum consulent. Si autem diuersimode sentiant circa sufficientiam probationis alicuius delicti, aut circa paenam delinquenti imponendam assumatur tertius in Capitulo Generali pro huiusmodi causis dubijs specialiter deputatus, in ceteris vero ordinandis, ac praepciendis Visitatoris primi iudicium praeualeat.

Difinitores
pag. 76.

Quo Diffi-
nitores, & Vi-
tores, & Vi-
tores ex-
tentur, in
suis Monas-
terijs serua-
eo pag. 77.

¶ De Difinitoribus. Supremum difinitorijs tribunal quinque difinitoribus constans, majorum nostrorum vestigijs in haerentes, tum ob alias rationes, tum ex eo, vel maxime, statuimus, & stabilimus, ut in eo quinque viratu innocentiae præsidium, iustitiae patrocinium præsto semper adsit, ac perenniter conseruetur. † Mandamus autem, & statuimus, ut tam Difinitores, quam Visitatores in Monasterijs, in quibus conuentuales existunt, chorum sicut alijs Monachij diu, noctuq; frequentent, saluis tamen priuilegijs ratione ætatis, vel quovis alio titulo per leges illis concessis, culparum Capitulis serijs tertij, & sextis intersint. In refectorioq; ijsdem vescantur cibis, quibus conuentus vescitur, & cum eodem jejunante jejunent, nec dispensandi cum illis ratio præcisa sit dignitas officij, nisi vera adsit necessitas, & indigentia personæ. Ad hec si Sacris literis fuerint eructi, à manere prædicandi non desistant, sed predicatores Monasterij coadiuvent, ita ceterisq; obseruantib; regularibus ita se habeant, ut sicut religionis sunt optimates, ita exemplo sint primores. Ad manus Difinitoruū spectat iudicare grauaria Monasterijs, Praelatijs, aut subditis illata à Reverendissimo, seu Visitatoribus. † Statuimus ergo, ut quicumque opprimi, & grauari à Visitatoribus, vel à Reverendissimo, tam in visitatione, quam extra illam se sentient, Difinitorijs iudicium poterunt implorare, ac per modū simplicis querel-

le, & defensionis a dillud recurrere. Ne autem huius modi prætextu obedientia; patientiaq; meritum friuolis s̄pē querellis evacuetur, & regulare supplicium paſſim declinare præſumant, decernimus, vt in casibus tantum ſubſequentibus, aut alijs ſuis locis annotatis ad præcitatū implorationis remedium Monachis licet conuolare; Primo ſi Reuendifſimus, vel visitatores aperte contra leges aliquid faciant, aut præcipiant, debitaq; reuerentia admoniti in præcepto adhuc perſitant. Secundo ſi Reuendifſimus aut visitatores pro libito cauſam alicuius incep tam noſuetint per ſententiām diffinitiuam finire, & iudicare, ſed indeciſam, & ſuſpensam habere; Tertio priuatio vociſ actiua, aut paſſiua cuiuscumque Monachi: priuatio item, aut ſuſpensiō alicuius Prælati. Quarto priuati muneris Visitatoris. Diffinitoris, aut alterius capituloſ Regentis, vel Lectoris Philoſophiæ, ſeu Theologici. Quinto pæna reclusionis, carceris aut nerui ſi ſpatium dierum quindecim ſuperet, ſi autem ſpatium prædictæ pænae breuius ſit, implorationem Visitatores non admittant.

¶ De Abbatibus. Ne præpoſtero regimine Prælati temporalibus incumbant, & ſpiritualia alijs comendent, præcipiunt, ut in choro, refectorio, carcerisq; actibus conuentualibus ouibos ſuis ducatum præſentent, ſuaq; præſentia animos illis adhiuant, uoluuius, perfectius, ac ſine murmuratione religionis onera poſtent; quod ſi aliqui in predictis culpabiles, & remitti inuenient fuerint à Reuendifſimo, & Visitatoribus exemplari ſuſpensione ab officio ſuo puniantur. ¶ Non ſolum autem Prælati actibus conuentualibus intereffe tenentur, ſed etiam in conuentibus reſidere, cum abſente paſtore facile ouerabetrent; Statuimus igitur ne abſque legitima cauſa extra ſepia Monasterij egrediantur, frequentes etiam egressiones quoad ſu-

Cafus pro
quibus im-
plerari po-
tent Diffini-
torium pag.
78.

Abbaies agi-
tus Cœtu-
tales fre-
quentent
pag. 930

Quando po-
lunt egredi
a Monasteri-
o. pag. 930

tri possint euitent, quod si de assiduitate & frequen-
tione absque rationabili causa iuste fuerint morati in iuris
tationibus coegerentur, prædictæ egressiones illis pli-
mentur, & si non emendauerint, vel priuenient voce in Capit-
ulo Generali, vel ab officio suspendantur; Cum vero necesse
fari exierint à Monasterio, quoad fieri possit sociati egre-
diantur presertim cum ad urbes, & oppida egradiuntur.

¶ De Predicatoribus. Statuimus ut nullus ad ministerium
predicationis verbi Domini admittatur, qui in prius Theo-
logie annis finitis secundū Constitutionē collegij à tribus
saltē graibus, & peritis Theologis diligenter simul exar-
minetur, ipsorumq; probetur iudicio: nec ante huius mo-
di examen & approbationem Abbas aliquem Episcopo
presentare uideat, secundum Constitutiones felicis reu-
ordinationis Clementis VIII. ¶ Nullus similiter qui gradu
aliquo Theologe, vel Sacrorum Canonum non sit insig-
nitus, de homo ad audiendas secularium confessiones à
Palatis presentetur Episcopis, qui in prius à tribus saltē
peritis sicut tribus secundum predictam Clementinā Consti-
tutionem examinatus, à duobus saltē quoad sufficientia
scientiae approbetur.

¶ De Lectiose Mordi. Statuimus præterea Sacrorum Ca-
nonum, Sacrosq; Concilii Tridentini Sanctionibus, adhæ-
rentes, ut tribus vielbus in hebdomada lectio obhæatur
casum donscientiae in Monasterijs etiòribus Congrega-
tionis nostræ. Ne autem diu in modi lectio perfuadonis
ordinio sequenter in ea seriatim precipitius; Ferijs se-
cunda, quarta, & sexta finitis respicio quadrantis fere
spatio translatio tintihabulumpulsetur ad prædictā lectio-
ne, que perites quadrantes durabit, in duobus primis
dictis ab dictiori ex cathedra, in tertio dictata explicabit, de
interrogabit audire nosq; Reribus menses Conclusiones
ex dictis habentur, nisi est necessaria inveniatur.

Dog obh
d. 2. 3. 201
admodum
m. 2. 3. 4. 211

¶ De Studio Literarum. Statuimus insuper, quod duobus in locis studium Theologiae, ac Philosophiae vigeat, in Collegio scilicet Coimbricensi, & in Collegio Vlyspopolentis, vel alijs secundum quod progresu temporis Capitulum Generale magis viderit expedire. † Ex auditoribus Theologiae cursu finito Bacchalaureandi, vulgo paf- fantes elegantur, quorum munus erit in Collegijs Theo- logiae quotidianis Conclusionibus illius alternatim per hebdomadas residere. † Omnes illi; Bacchalaurei gradū in Academia Coimbricensi assumant; In eadē Academia, vel etiam intra ordinem secundum priuilegium a Sanctitate Clementis VIII. nobis concessū Magistri in Theo- logia poterint creari, adimpletis prius conditionib[us] prærequisitis à Capitulo Generali. † Lector autem Phi- losophie iuxta predictum priuilegium Magister in Artium facultate in ordine creetur. Lectores Theologiae, qui duodecim lecturæ expleuerint annos, emeriti, seu ut aiunt iubilati nuncupentur, nec deinceps ad legendū, vel predicandum ulterius teneantur.

Studium li-
terarum vi-
geat Conim-
brica, & O-
lisippone.
pag. 249.

Pasantes eli-
gantur pag.
263.

Bachalaurei
creentur
pag. 265.

Lectores
Theologiae,
quādo eme-
riti, pag.
270.

Quā per se
nō ad of-
ficiū di-
uinū, & su-
ffragia in-
tegrē serue-
tur. pag.
196. & se-
quentibus

¶ De Oratione. Præcipimus primo, ut omnia quæ circa of- ficiū diuinū, suffragia pro fratribus, & benefactoribus defunctis ex more sunt statuta, vel pro tempore statuen- da integrē seruentur. † Circa recitationem vero officij parui Deiparæ Virginis singularem erga illam deuotionē, & antiquam nostri ordinis consuetudinem instaurari, atq[ue] conseruari cupientes, Ita uimus, ut diebus singulis officiū parui eiusdem Gloriosæ Virginis conuentualiter re- cisetur. † Statuimus, ut tribus temporibus mentalis ha- beatur oratio; Primo post matutinam, secundo post pri- matam, tertio dicto completorio post laudes Desparæ Vir- ginis. † Post vesperas autem officij diuini orationi quoq[ue] vacant nouitij, & iuniores professi in oratorio suo con- gregati.

Oratio mē-
tallic quando
habēda, pag.
219.

Silentium quando obseruandum. ¶ De Silentio, & Alijs obseruantijs. † Præcipimus primo ut silentium locis, & temporibus solitis solicite serueretur. pag. 214. &c.

Quoniam vero mutiloquiū abusus Monachorū est oportetq; vt radicitus cuellatur. † Præcipimus Prælatis ac Prioribus vt super hoc maxime inuigilent, atq; non permitrat matutino tempore Monachos confabulari, extra cellas vagari, lusibus seu ludis vacare, aut aliquid simile facere, huiusmodiq; confabulatores, vagos, ac otio vacantes cu*Receptus in iuscumque sint status irremissibili ter puniant.* † Præterea cellam. pag. 215.

Iejuniorum obseruatio. iuxta Sanctam regulam statuimus vt post prandium hymnis etiam tempore cum silentio Monachi se se recipiant in cellulas suas. † Iejunia solita seruentur, feria autē sexta

Festorum obseruatio. habdomadæ Sanctæ pane tantum, & aqua, herbisq; seu oleribus crudis hora prandij reficiant Monachi. † Præter dies festos ab Ecclesia, vel ab Episcopis inititutos, quos

Flagellatio. obseruare tenemur, Trāitus etiam, & Translatio S.P.N. Benedicti tamquam dies festi in Monasterijs nostris co-

Flagellatio. lantur, familiaresq; à labore quiescant. † Flagellationes conuentuales diebus solitis habeantur. † Præter eleemo-

Tuales. pag. 221. synas communes quæ quotidie ad ostium Monasterij sie-

Pauperes. pag. 222. ri solent, statuimus præterea, vt in die, quo Transitus S. P.

tribus dieb. N. Benedicti celebratur, & in Translatione eiusdem duo-

recipiuntur ad prandiū. decim pauperes (sicut feria quinta in Cæna Domini fieri solet, ac fieri præcipimus) piādeant, illisq; tamquā Chris-

Victus Monachorū s. r. to Domino ministretur in honorem eximię S. Patriarchę

charitatis. Et ea quæ ad viatū Monachorum spectant,

metur. pag. 223. &c. vt mos est, seruentur. Præcipimus tamen, vt mensa, seu re-

fectio corporalis conuentualis sit vniiformis, omnesq; Mo-

nachi, atq; adeo superiores etiam quicumque eodem pa-

ne, eodeinq; vino eodemq; obsonio conuentualiter ves-

cantur, neq; ratione dignitatis, aut officij plura habeant-

Vestitus Monachorū seruetur. More item solito prout statutum est in dumena-

Pag. 230. &c. ta, & calceamenta Monachis dentur, in his autem vnifor-

mitas

mitas seruetur, & vanitas arceatur, vnde præcipimus, quod vestes omnes, tam interiores, quam exteriore, calceamenta, sudariola, & cætera omnia, quæ Monachis dantur, vel quæ ab alijs personis donari contigerit, oculis prius Prælati aspiciant, quæ ad usum facultatem concedant, expendantq; an sint indumenta regularia, & que huiusmodi non fuerint, nullatenus concedant, super quo conscientias corū grauitet oneramus, in visitationibusq; a Generali, & visitatoribus, si in his nō fuerint solicii, puniantur. † Váletudinariū pro infirmis sit sufficienter prouisum, & infirmi fratres cum omni diligentia, & charitate tarentur, Prælati autem, qui in illorum cura miseri, & parum charitatil fuerint, per tres menses suspendantur, † Similiter etiam hospites cum omni officio charitatis suscipiantur. † A Bibliotheca conuentuum, nec libros, nec manu scripta, quæ ad eam pertinent Monachus aliquis extrahat nisi cum limitationibus solitis, vel ex licentia Capituli Generalis, quod obseruetur in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena excommunicationis ipso facto incurrenda. † Tituli prædiorum Monasterij, & illorum visoriæ fiant more solito. † Arcæ depositi, in qua conuentus pecunia asseruatur, tres habeat clauigeros, & pecunia quindenij pro rata quotannis debitam prædictam arcam iniiciatur, ut tempore suo integre ac facile solvi possit. † Ex Archiuo Monasterij nulla alicui tradatur scriptura, quin prius ipse accipies pignore doto in Archiuo asseruando, subscribat etiā in libro eiusdem Archiuij, se talē, vel talē scripturā recipisse, quod Archiuarius sub virtute sanctæ obedientiæ obseruet, † Pro correptione deniq; defectuū Monachorum capitula culparunt bis in hebdomada habentur, prout fieri solet. † Circa fugitiuos vero, apostatas, & ab ordine eiectos, aut ejcidentos, decretum Sacrae Congregationis nuper editum ad vngue seruetur. Quod

Prælati prius oculis inspectant que ait indumenta, & caice, ameta Monachorū pertinent, pag. 232.

Infirmaria sit prouisa, pag. 185. n. 10.

Pæna prælatorū qui infirmariā non habent prouisam, pag. 86. n. 12.

A Bibliotheca cōuentus non posuit libri extrahi, pag. 193. n. 50.

Tituli, & Visoriæ Casalium fiant more solito, pag. 163. &c. Arca Depositi 3. simul habeat Depositarios, pag. 177.

Pecunia quindennij quomodo soluenda, pag. 177. Scripturæ archiuij quo modo dandæ. pag. 171. n. 77.

Circa Appel-
lationes
quid obser-
vandū pag.
289.

Supplicatio
pro confir-
matione.

attinet ad appellations, statuimus, ut non nisi hoc ordine gradatim seruato, nulloq; medio prætermisso imploretur. Ab Abbatे ad Generalē, à Generali, seu à Visitatoribus ad Diffinitorium, à Diffinitorio, & iudicibus inhabilitatum, seu subornationum tempore Capituli ad ipsum Capitulum, Tempore vero electionis intermediae ad ceteros electores, qui ad electionem faciendam fuerint Congregati. Quod si aliquis secus fecerit carcii mancipetur donec præscriptum ordinem seruet. ¶ Declarantes tamen nostra intentionis non esse in hac prohibitione compræhendere Appellations, vel recursus ad Sanctam Sedem Apostolicam, seu eius legatos, vel nuntios, cum ad eos appellations, vel recursus quovis modo impedire sit nefas.

¶ Sequitur Supplicatio Procuratoris Religionis prædictæ. Illustrissime Domine Exponitur Illustrissima D. V. pro parte humiliis oratoris Fratris Mantij ab Assumptione in Sacra Theologia Magistri, & per Recutendissimum Patrem Fratrem Antonium à Regibus totius Benedictine familiae in hoc Lusiitania Regno Generalem excommunicatione Capituli Generalis ad præsentem effectum Procuratoris delegati, quod in proximo Capitulo Generali anno Domini M.DCXXXII celebrato cuncti totius prædictæ Congregationis patres vocales Congregati, ex omnibus Constitutionibus, & diffinitionibus, tam confirmatis à Sede Apostolica, quam non confirmatis, qua in prædicta Congregatione obseruantur, matura præhabita d. liberatione iuxta diploma à Sanctissimo D. N. Papa Urbano die XI. Nouembris M.DCXXX Expeditum se legerunt eis, quas pro cultus diuini augmēto obseruantur disciplineq; regulari, ac falcis Monachorum regimini magis expedire in Domino iudicarunt, qua in proximis præcedentibus septem solijs transcriptæ fideliter continentur, & has dumtaxat optant, & exorant prædicti Patres vocales, ut à Sede Apostolica confirmetur, & in perpetuum obseruari præcipiantur, nullæq; alia, sive Constitutiones, seu diffinitiones in prædicta Congregatione confirmatae censentur, sed præsentibus tantum de quibus Apostolica confirmatio requiritur.

quiritur invariabiliter permanentibus, cæteræ ad arbitrium mancant Capituli Generalis. Verum quia iuxta prædicum Sanctissimi D. Nostri diploma tales Constitutiones selectæ, & compilatæ ad Illustrissimum D. Collectorem in prædicto Regno pro tempore commorantem deferri debent, ut illis examinatis, & recognitis, quid de eis sentiat ad eminentissimos Dominos Cardinales negotijs regulariū præpositoros referat, eas prædictus orator fideliter transcriptas offerens. Supplicat humiliter, ut ab Illustrissima D. Vesta examineatur, & recognoscantur, & quid de eis sentiat ad eminentissimos Dominos Cardinales prædictos referat ad effectum, ut prædictæ dumtaxat Constitutiones à Sede Apostolica confirmetur, & in prædicta Congregatione perpetuo obseruari præcipiantur, cæteris ad arbitrium Capituli Generali remanentibus. Frater Mancius ab Assumptione Magister in Sacra Theologia Procurator Congregationis.

Nos Laurentius Tramallus Dei, & Apostolicæ Sedis Gra-
tia Episcopus Hieracensis in Lusitania, & Algarbiorum Reg-
nis exرسq; Dominijs pro Sancta Sede Apostolica cum Nun-
cijs facultate Collector Generalis prædictas Constitutiones
nobis per prædictum Patrem Fratrem Mancium dictæ Congre-
ga ionis Benedictinæ Procuratori em oblatas iuxta mandatum
Sæcillissimi Domini Nostri Papæ per nos metipso, aliosq; gra-
ues, & Religiosos viros vidimus, ac diligenter examinapimus,
& in practicam, quæ apparet, formam redactas, dignas re-
putauimus, quæ iuxta idem Apostolicum mandatum, ad Sa-
cram Congregationem eminentissimorum Dominorum Car-
dinalium negotijs Episcoporum, & Regularium præpositorū
transmittantur, ut si suis eminentijs bono, ac felici dictæ Cō-
gregationis regimini ita videbitur expedire Apostolica cōfir-
matione; cōponiantur, & in uiolabilitate obseruari mādentur.
Cæteris Cōstitutionibus, & dissinitionibus dictæ Cōgregatio-
nis, quatenus sicut licet, & honestæ, & decretis Cōcilij Tridé-
tini nō cōrariet, in suo robore permanentibus, sub dispositione
Capituli Generalis ejusdē Cōgregationis, à quo mutari, alterari,
ac etiā super illis dispēsari poterit eodē modo quo usq; in præ-
sē diē facere licuit, & nō alias, & cætera. In quoru omnī,
& singulorū fidē præfētes nostra manu subscriptas sigilli nostri

T. a fecimus

Decretū, &
in formario
Illustrissi-
mi D. Col-
lectoris.